Digitized by Google

7.5.209

.5.209.

Digitized by Google

Donato all'Avvocato Vincenzio
Salvagnoli dall'amico
15. Giugno 1845. D:re Franc:o Puccinotti

Digitized by Google

Digitized by Google

JOAN. GVIL. DE GOEBEL JCTI
SERENISSIMI DVCIS BRVNSVIC. LVNEBVRG. A CONSILIIS
AVLAE CVRIAE PROVINCIALIS GVELFERBYTANAE
ASSESSORIS IVRIS IN ACADEMIA IVLIA
PROFESSORIS ORDINARII

DE
IVRE ET IVDICIO RVSTICORVM FORI GERMANICI
LIBER.

CVM PRAEFATIONE

DE

IVRIS PATRII AMOENITATE ET VTILITATE.



HELMSTADI,
APVD CHRISTIANVM FRIDERICVM WEYGAND
M DCC XXXXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO

DE

IVRIS PATRII AMOENITATE ET VTILITATE.

Quanquam juſtinianea volumina ampliſſimos juris divini humanique theſauros continere, nemo facile, cui, illa ſedula verſari manu, datum fuerit, inficias ibit; ſapientiſſimorum namque hominum, Græcorum nempe, & Romanorum ibi recondita ſunt jurisprudentiæ fragmenta, & principum conſtitutiones, ad reipublicæ Romanæ ſalutem attemperatæ: Attamen codices illos jurisprudentiam, qua Germanica utuntur fora, abſolvere, ab iis tantum, qui juris patrii nullam habent notitiam, affirmari poteſt. Nam quot in compendiis & majo-

Digitized by Google

ris molis de jure libris reperiuntur loca, ubi, enarratis Romanorum placitis, legitur, hodie hoc aliter ſe habet. Quot ſunt patriæ leges & inſtituta, quæ a Romanorum ſanctionibus & moribus plane aliena ſunt, aut ſaltim ab iis valde diſcrepant.

Aliquos ſaltim Germanicorum ſervorum, [a] quandam libertatis habuiſſe, ſi non ſpeciem, tamen umbram; Romanorum vero mancipia plerumque nullam, [b] extra ambiguum ponendum. Contra tanta ac in latio libertis apud majores noſtros erat diſponendi poteſtas. Apud pleroſque enim Germanos liberti, quos frilingos vocabant, non multum erant ſupra ſervos. [c] *Raro aliquod momentum in domo, nunquam in civitate exceptis iis duntaxat gentibus, quæ regnantur. Ibi enim & ſupra ingenuos & ſupra nobiles aſcendunt, apud ceteros impares libertini libertatis ſunt.* Longe

[a] TACITUS *in Germania c. XXV.* Haud dubie Germanorum ſervi, qui Romanorum colonos æmulabantur, præ Romanorum glebæ adſcriptitiis aliqua gaviſi ſunt libertatis ſpecie; quanquam NOODT *probabil. lib. II. c. 12. p. 33.* doceat, apud Romanos ſervorum fuiſſe genus, quod ex liberis & ſervis mutuaverit. In comment. ad Digeſta huc glebæ adſcriptos refert.

[b] OISEL ad CAI. *inſtit. lib. I. tit. I.* apud SCHULT. *in jurisprud. ante juſt. p. 9.* Servorum jura multa ſolutiora Athenis, quum ROMAE erant PETITUS *ad L. L. A. A. tit. VI.*

[c] TACITUS *c. XXV.*

Digitized by Google

Longe aliter apud majores noſtros ſe habuit nobilitas, ac apud Romanos; nam illis nobilis dicebatur, qui a quatuor majoribus liberis deſcendebat: Erat tamen ſuperior [d] quem aliqui officiis tribuunt, & inferior gradus nobilitatis. Apud Romanos autem nobiles erant, qui majorum ſuorum imagines habuerunt. [e] Qui ſuos tantum, non autem majorum ſuorum imagines habuerunt, novi: Qui vero nec majorum, nec ſuos habuerunt, ignobiles appellati ſunt.

Plebs apud Germanos ex frilingis & ſervis, qui Romanorum colonos æquabant, conſtitere. Galli ſervos a plebe diſtinguebant: Hæc forte ex libertorum collecta fuit multitudine, & non multum a ſervorum conditione abhorruit. Galli nobiles in

 Drui-

d Ipſe TACITVS *in Germania c. XXV.* ingenuis nobiles contradiſtinguit. *Ibi enim*, inquit, *ſuper ingenuos & ſuper nobiles* aſcendunt. Nonnulli putant, majorum dignitatum imperii proceres a veteri Germanor. nobilitate, hodiernos vero nobiles ab ingenuis derivandos. Primæ claſſis nobiles in medii ævi chartis divites vocantur; unde Hiſpanor. Ricos hombres. De veteribus nobilium Germanicorum claſſibus, autores, qui de ſeptem Herſchildis commentati ſunt, agunt. Vid. SCHILTER. *ad C. I. jur. feud. Alem.* OECKEL. *de proſc. immemor. c. II. theſ. 21. ſeqq.* BAIER *in ſpec. jur. Germ. lib. I. C. 10.* Ex *chron. Laurishumenſi conſtat*, claſſes illas jam tum ante Friderici Barbaroſſæ tempora locum habuiſſe.

e ROSINI *antiquit. Roman. lib. I. C. 19.*

Digitized by Google

druides, & equites dividebant. f Habebant quoque Germani ſuos druides g non quidem tales, ac Galli. Semper in noſtra gente h æque ac apud Græcos, Romanos & Gallos magna ſacerdotum fuit reverentia. Perſuaſum enim ſibi habuerunt, illos divinæ voluntatis interpretes divino quaſi proſequendos eſſe honore. An autem Gallorum i æque ac Germanorum pontificibus animadvertere, vincire, verberare, quod nec Teutonum regibus licebat, permiſſum fuerit, non ſatis certum. Antiquitatum Germanicarum ſcriptor Romanus inquit. k *Non*

f IVLIVS CAESAR *de bello Gallico lib. VI. c. 4. & 5.* SCHVRZFLEISCH. *in diſſert. de druidibus.*

g SCHEDIVS *de Diis German. part. II. C. I.*

h TACITVS *in Germania C. VII.*

i *Vltima in ſacris ordinibus a Numa inſtitutis claſſis eſt maximi apud Romanos ſacerdotii, & cujus poteſtas eſt ampliſſima - - leges etiam ferunt de ſacris, quæ nondum ſcriptis mandata, nec uſu recepta ſunt, ſi digna videantur, quæ legibus & conſuetudinibus ſanciantur: In omnes item magiſtratus, quibus ſacrificia & deorum cultus eſt commiſſus, & in omnes ſacerdotes inquirunt - - - Quod ſi quem animadvertunt, præſcripta ſua contemnere, eum mulctant, pro delicti magnitudine, ipſi a judiciis & mulcta ſunt immunes nec tenentur vel ſenatui, vel populo rationem reddere* DIONYS. HALICARNAS. *antiquit. Roman. lib. II. C. LXXV.* Aliter ſe habebat apud Athenienſes, eorum enim lege traditum: *Sacerdotes privatim ſinguli, totæque gentes & familiæ ſacerdotii ſui rationes reddunto.* Vid. PETITVM. *ad leg. ult. lib. I. tit. II.* apud WISSELINGIVM *p. 169.*

k Gallicorum druidum ſatis magna fuit autoritas. *Nam fere de omnibus controverſus*, inquit CAESAR de B. G. *lib. VI. c. XIII. publicis privatisque conſtituunt; & ſi quod eſt admiſſum facinus, ſi cædes facta, ſi de hæreditate, de finibus controverſia eſt, iidem*

Non quaſi in pœnam, nec ducis juſſu, ſed velut DEO imperante, quem adeſſe bellantibus credunt. Conſtat inde, Tacito, de corrigendis potiſſimum militum refractariis verbere etiam a ſacerdotali manu, ſermonem eſſe. Romani ſacerdotum miniſterio in regenda republica utebantur, eosque ſenatui adſcribebant, ut eo paratiores eſſent, ex ejus voto populo perſuadere, quid ſenatui in votis eſſet. Cumque ſacerdotum collegium [l] deorum quaſi cœtum imitari deberet, ad jovis exemplum, aliquem ex ſacerdotibus, populi tributis comitiis, conſtituerunt pontificem maximum.

Cumque Romanum imperium a Chriſtianis regi cœperit imperatoribus conſultum viſum, moderandæ religioni unum quoque ſumma cum autoritate præficere. Negari enim non poteſt, præter religionis finem internum, etiam externum eſſe, quo eſt

iidem decernunt præmia, poenasque conſtituunt, ſi quis aut privatus, aut publicus eorum decreto non ſtetit, ſacrificiis interdicunt. Hæc poena apud eos eſt graviſſima.

l TACITVS *in Germania c. VII.* Inprimis autem mulieres fatidicæ apud Germanos magno fuerunt loco. De Veleda inquit TACITVS *lib. IV. hiſtor. C. 61. Ea virgo nationis Bructera late imperitabat, vetere apud Germanos more, quo pleraſque fœminarum fatidicas, & augeſcente ſuperſtitione arbitrentur Deas.* Et in *Germania c. VIII.* hæc habet: *Vidimus ſub divo Veſpaſiano Veledam diu apud pleroſque numinis loco habitam, ſed & olim Auriniam, & complures alias venerati ſunt, adulatione, nec tanquam facerent Deas.*

eſt validiſſimum reipublicæ ſubſidium, & unus, qui omni pollet autoritate, facilius in noſtram pertrahi poteſt ſententiam quam plures ejusdem plane autoritatis.

Poſtquam gentes Germanicæ Chriſto nomen dederunt, multis ſacerdotes, ſe chriſtianiſmum docentes, venerati ſunt honoribus. Credebant namque hos beneficos eſſe duces, quorum ope infernales evitarent flammas. Contigit, ut ſacri gentium harum myſtæ, Romani præſulis ſe addicerent directorio, ejusque autoritatem in ſe ſenſim protogarent, conniventibus, maximo ſui malo, rerumpublicarum rectoribus; usque dum ſub imperatoribus Francicis, Saxonicis, & Suevicis monarchicum Romani præſulis regimen ad ſummum autoritatis & potentiæ faſtigium pedetentim aſſurrexerit; atque ſic exemta cleri multitudo peculiarem, per orbem terrarum, ſub Romano capite, ſtabiliverit monarchiam, curatiſſimis innitentem dominationis arcanis.

Ab hoc tamen dominatu, ante duo & quod excurrit, ſecula non pauci a Romano abhorrentes jugo, ſeſe liberarunt.

Nobi-

Digitized by Google

Nobilium conditio in gente noſtra non unis obnoxia fuit viciſſitudinibus. Aliqui eorum pactitio ſe permiſerunt vinculo, & miniſterialium fuerunt numero: Alii poſtquam, Henrico Aucupe imperante, urbes, in gente noſtra frequentiores eſſe, cœperint; magiſtratuum numero, ſub patriciorum nomine, m vocabulo a Romanis mutuo accepto, adſcripti ſunt.

Quirites, ſervos in plena habebant poteſtate, atque hi non perſonis, ſed rebus mancipi n annumerabantur. Inde factum, ut primis temporibus eos maximis afficere cruciatibus, imo impune occidere o potuerint, quæ immodica poteſtas ſenſim deſiit. Porro quicquid ſervi acquirebant, non ſibi, ſed dominis acquirebant quoniam, ex fictione pro pecoribus habebantur, & ſic nihil ſibi acquirere potuerunt.

Negari non poteſt, Romanorum ſervos, qui

m Ad hunc cenſum ſpectant monaſterienſium erbmannii. Ipſis nobilitatem abrogavit ſcriptum: *Erbmannorum civitatis monaſterienſis nobilitas profligata.* Sed contra hoc aliaque in eandem rem emiſſa ſcripta, ab erbmannorum advocatis, acriter pugnatum eſt. Pro hac parte in Imperii Camera ſententia lata, & in reviſorio confirmata. Vide abgenöthigte in Recht und Geſchlechten wohl begründete Gegenvorſtellunge, aliaque ſcripta apud FABRVM in der Staats-Cantzley.

n VLPIANVS *tit. XIX. N. 1. &* SCHVLTING. *in notis*, BYNCKERSHOECK *de rebus mancipi & nec mancipi, celeberrim. Dom.* CONRADI *collegæ conjunctiſſim. de veris mancipi & nec mancipi rer. differentiis C. 2.*

o HEINECCIVS *antiquitat. Roman. ad Inſtit. lib. I. tit. VIII.*

glebæ adſcripti erant, mollius quodammodo, ac reliquos, habitos, & qui aleæ luſu libertatem amiſerant, ſimilisque conditionis alii duriorem apud Germanos perſenſiſſe ſortem, atque per commercia traditos, ut noviſſimo jactu, quo de libertate contendebatur, victor exiſtens, ſe quoque pudore victoriæ exſolveret. Ceteris vero ſervis, non in Romanorum morem deſcriptis per familiam miniſteriis, utebantur. Suam quisque ſedem, ſuos penates regebat, frumenti modum dominus, aut pecoris, aut veſtis, ut colono injungebat verberare ſervum, ac vinculis & opere coercere rarum, occidere ſolent non diſciplina & ſeveritate, ſed impetu & ira, ut inimicum, niſi quod impune. p

Ruſtica gens in Germania ex collectitia ſervorum conſiſtebat multitudine, quæ ſub aliis ſubinde nominibus, molliori ſe addici vitæ generi, quandoque credebat. Colendis agris relicti a civium, quos burgarios vocant, numero erant excluſi q & in nexus, quo dominis erant devincti, ſignum, cenſus & operas r ab operis,

p TACITVS *in Germania c. XXV.*

q HERTIVS *in paræmiis.* Bürger und Bauer, ſcheidet nichts, denn die Mauer, keine Henne fleugt über die Mauren.

r HEINECCIVS *in elementis juris Germa-*

operis, quas romanorum liberti, patronis debebant, diſcrepantes *s* præſtare cogebantur. Germanorum manumiſſiones *t* tot non implicitæ erant ſolennitatibus, ac illæ, quibus Romani utebantur. *u* Hodiernæ manumiſſiones acceptis libertatis literis Frey-Brieffe, *x* quæ aliquo redimi debent ære fiunt.

Romanorum uxores, quæ in manum viri farre, coemtione, & uſu conveniebant, in mariti erant poteſtate, & non tam ſui, quam alieni erant juris. *y* Matronæ enim non ſolum in

b 2 matri-

Germanici lib. I. tit. I. §. 48. In permultis Germaniæ territoriis quid circa præſtandas operas obſervandum, lege eſt conſtitutum. Vid. ducat. Brunſvic. Reglement wie es mit Abſtatt- und Beſtellung der Span- und Hand-Dienſte ꝛc. zu halten. In hac ordinat. decretum ut ruſtici idoneis inſtrumentis, ad præſtandas operas, æſtivo tempore, hora 5. matutina, brumali autem hora 7. accedant, & æſtate hora 6. hieme vero hora 4. pomeridiana diſcedant. In negligentes pignorationibus, non autem inſtrumentorum ruſticorum, & carcere animadverti poteſt.

s De operis libertorum juris Romani libri evolvendi. Vid. ZASIVS *lib. I. ſingul. reſponſ. C. C. 3.* & CVIAC. *lib. 17. obſ. C. 14.* Et apud Græcos liberti patronos comiter colere, illisque operas præſtare obſtricti erant. *Liberti, eos a quibus manumiſſi ſunt, colunto, neminem alium patronum adoptanto ea, quæ legibus imperantur, iis præſtanto*, in lege Attica eſt. *lib. II. tit. VI. p. 261. apud* WESELINGIVM, ubi PETITI *comment.* De libertorum operis officialibus & fabrilibus. Omne, quod apud Romanos libertis incumbebat, in obſequio, & operis conſiſtebat. Confer. MARANVS *ad dig. lib. XXXVIII. lib. I. pag. 401.* WESTENBERG. *in comp. Pand. lib. XXXVIII. tom. I.*

t CANGIVS *in gloſſ.* & POLICARPVS LEYSER. *in diſſ. de libert. abſolut.* HEINECCIVS *in elementis juris Germ. lib. I. §. 41. ſeqq.*

u Vid. CAI. *frag. inſtit. lib. I. tit. I. cum comment. apud* SCHVLTING. *in juriſpr. ante Juſtinianea.*

x *Ordin. hom. propr. Oſnabr. C. VIII.* Viginti, aut triginta thaleri exigi ſolent.

y GVNDL. *diſſ. de emt. uxor.* HEINECC. *antiquit. Rom. ad J. lib. I. tit. X.* &

Digitized by Google

matrimonium, ſed in familiam quoque veniebant, & omnia, quæ habebant in mariti dominium quiritarium deferebantur. Uxores autem tantum vocabant, quæ juſtis nuptiis in matrimonium conveniebant, non autem in familiam & poteſtatem mariti, atque hæ ſui erant juris. [z] In hoc matrimonio, confectis dotalibus inſtrumentis, ſolennis in domum deductio obtinuit. [a] Hac facta, maritus dotis dominium civile, & paraphernalium adminiſtrationem conſequebatur. [b] Penes Germanos matrimonium totius vitæ & omnium bonorum conſortium induxiſſe videtur.

Nuptiarum ſolennia ſequentibus videntur abſoluta. *Dotem non uxor marito, ſed uxori maritus* [c] *offert. Interſunt parentes & propinqui, ac munera*

X. & celeberr. Dn. conſil. GRUPE *in tractatu de uxore Romana.*

z *L. 4. ff. de his, qui ſui vel alieni juris ſunt.*

a Integras nuptiarum ſolennitates refert HELIODORUS *æthiop. lib. X.* Conf. BARTHOLINUS *de tibiis veter. C. XII.* Add. BRISSON. *lib. I. C. 18. ſelect. antiq. &* SIGON. *lib. I. C. 9. de antiquo J. C. R.*

b Vid. *tit. de jur. dot. & ad eam Dd.*

c Notæ ſunt controverſiæ de dote mariti an morgengabæ, i. e. doni propter primum concubitum, ſit ſynonimon, an ei contradiſtinguatur. Ut verum fatear, aliquando morgengabæ dos mariti fuit contradiſtincta, aliquando autem idem ac morgencap ſignificavit. Matutinale autem hoc donum ſequioribus temporibus aliam induit faciem. Penes Longobardos Morgencoap quartam bonorum partem excedere non potuit. Vid. MURATOR. *tom. I. part. 2. S. J. p. 52. 70. 73. diplomata apud autorem*

munera probant; munera non ad delicias muliebres quæſita, nec quibus nova nupta comatur, ſed boves & frenatum equum, & ſcutum cum framea, gladioque. In hoc munera uxor accipitur, atque invicem ipſa armorum aliquid viro affert. Hoc maximum vinculum, hac maxima ſacra, hos conjugales Deos arbitrantur. Donationum propter nuptias non infrequentia apud Germanos ſunt exempla : Sed hæ Germanorum cum donationibus propter nuptias Romanorum non omnino coincidunt. Sunt, qui putant Romanorum donationes propter nuptias *d* cum Germanorum dotalitiis affinitatem aliquam habere, quod tamen aliis diſplicet. *e*

rem du Franc. aleu. pag. 322. 323. Hic autor p. 324. addit. *Dos contre ſa naturelle ſignification deſignoit le don, fait par le mary a la femme en faveur de mariage. Autrement dotalitium, doarium, dotarium, donatio propter nuptias. Ces dons étoient auſſi appellés morgengab, terme dont l'origine a éte ecrite par pluſieurs. Dos en terme de droit étoit appellé par les lombard faderſium. Ainſi dans Gregoire de Tours liv. IX. ch. 20. dos & morgengaba ſont miſes, comme choſes differentes.*

d A donatione propter nuptias ſponſalitia largitas diſtincta fuit. A Longobardis ſponſalitia largitas videtur *meta*, aut *methum* vocata.

e *L'origine de donaire*, inquit LOISEL *dans les inſtitutes coutumieres p. 51. ne vient pas des Romains, & n'a rien de ſemblable a la donation, qu'on appelle ἀντιφερνὴ, ſeu donatio propter nuptias, n'y a celle, que Mr.* CVIAS *l. 26. ff. de verb. ſignific. vocat ὑπόβολον, n'y a celle, qui eſt nommée θεωρετρὸν, qui etoit un preſent,*

Dotalitium, dotem plerumque * abſorbens, juris Germanici uſumfructum continet. HENELIVS *de jure dotalitii C. 8. §. 1. & 2.* MYLERVS *in gamologia c. 10. n. 8.* LVDOLFF. *de jure fœminarum illuſtr. ſect. II, menb. 2.* Antiquioribus temporibus non ſolum nobilium, ſed & ignobilium uxoribus dotalitia eſſe conſtituta, ex rerum antiquarum ſcriptoribus ſatis conſtat. In Chartulario Campaniæ pacti inter epiſcopum Odonem & homines Bernevallis reperiuntur tabulæ in quibus hæc leguntur: *Homines de territorio de* BERNEVALLE *poſſunt dare filiis & filiabus ſuis in maritagio de terris ſuis quantum voluerint, & facere dotalitium competens uxoribus ſuis.*

In Gallia dotalitium conſuetudinarium dimidiam partem bonorum, quæ mariti ſponſaliorum tempore fuerunt complectitur. *f* In Aglia dos ſive dotali-

*preſent, que le mary, faiſoit a ſa femme le lendemain de ſes noces, ut præmium delibata virginitatis. Harmenopulus en ſon epitom. du droit civil lib. 4. tit. 7. & 10. Mais parmi les Grees * il y avoit une donation d'uſufruict, que le mari faiſoit a ſa femme, la quelle a beaucoup da raport au douaire des François. Voyez Thevenus ſur les ordonances de l'execution des ſentences tit. VI. tit. III.*

* FABROTTVS *ad lib. V. tit. III. paratit. Cujacii.*

* Non in ducatu Bremenſi. Vid. Bremiſches Ritter-Recht.

f *Coutumes du Baillage de Sens art. CLXII. Coutumes de la prevoté & le comte de Paris avec les notes de. M. C. du* MOVLIN *art. CCXLVIII. p. 386. 387.*

Digitized by Google

dotalitium tertiam partem tenementorum terrarumque omnium quas, vir feudi jure poſſedit, continet, ut in illa vidua ad vitæ dies uſumfructum habeat. [g] Apud nos quadruplicatas, ut plurimum complectitur dotis uſuras.

Matrimonium ad morganaticam quod cum impari matrimonio [h] non eſt confundendum, Romanis incognitum fuit; niſi dixeris hoc cum eorum concubinatu aliquam habere ſimilitudinem. In eo omnino differunt, quod matrimonium ad morganaticam ſit verum matrimonium [i] per pacta reſtrictum, quorum vi liberi, ex tali matrimonio procreati alimentis contenti, & a ſucceſſione excluſi eſſe debent: Concubinatus autem verum non erat matrimonium, ſed potius contubernium & ille-

gitima

g COWELL *inſtit. juris Anglic. lib. I. tit. X. §. 19.*

h Ex impari matrimonio natos paternæ dignitatis & juris ſuccedendi plene participes eſſe affirmant FELTMANN. *de impari matrimonio.* COCCEIVS *in diſſ. de eod. arg.* SALMVTH *in reſponſo pro matrimonio principis cum virgine nobili.* Add. reſponſa apud THOMASIVM in den ernſthafften doch munteren und vernünftigen Gedancken und Meynungen, über allerhand auserleſener juriſtiſchen Händeln *part. II. p. 198. ſeqq.* Germanorum moribus tamen, ex impari matrimonio natos, ad principatus & comitatus non admitti, contendunt; niſi matri impari per cæſaris codicillos principis, aut comitis dignitas ſit collata. Dom. a LVDEWIG *ad A. B. part. II. p. 1359.* HEINECC. *element. jur. Germ. lib. I. tit. IV. §. 96.*

i II. feud. 29. Tale pactum nihil iniqui continet, quoniam jure naturali liberis tantum alimenta debentur. BAIER. *in ſpecim. jur. Germ. lib. I. c. 24.* MYLERVS *in gamologia c. 6.*

gitima conſuetudo [k] nec concubina uxoris jure gaudebat.

Severa apud Germanos fuerunt matrimonia, & plerumque perpetua. Nullis repudiis & divortiis locus, niſi ob violatam matrimonii fidem. *Pauciſſima,* inquit TACITVS [l] *in tam numeroſa gente adulteria, quorum cauſa præſens & maritis permiſſa. Acciſis crinibus nudatam, coram propinquis expellit domo maritus,* [m] *ac per omnem vicum verbere agit. Publicatæ enim pudicitiæ nulla venia, non ætate, non opibus maritum invenerit.* Succedentibus temporibus divortia in Teutonica gente frequentiora, & ob plures eſſe cœperunt cauſas. Inter has erat vita monaſtica, utraque parte conſentiente, aut ſi quis conjugii conſortem dolo malo deſeruiſſet. [n] Negari nequit, Carolingorum tempore, ob leviores quandoque cauſas, a matrimonio diſceſſum:

Poſt.

k MERILLVS *variant.* CVIAC. *l. 34. & obſ. III. 17.* HEINECC. *in comp. ff. lib. XXV. tit. 17. nec non ad Leg. Jul. & Papiam Popæam p. 165. ſeqq.* Liberi naturales a ſucceſſione paterna per Conſtantinum M. arcebantur: PALAEOTTVS *de nothis, ſpuriis p.* 233. Eſt autem concubinatus *Nov. Leonis XCI. jure Canonico C. 4. & 11. cauſ. 32. Q. 4. reformat. politica* prohibitus.

l *In Germania C. XIX.*

m Quando penes Romanos marito licitum fuerit, adulteram occidere *l. 24. pr. ff. ad L. J. de adulteriis & Nov. 117. C. 15.* traditur.

n HEINECCIVS *in element. juris Germanici lib. I. §. 324. ſeqq.*

Poſtquam autem clerus matrimoniorum cauſas, ut rem quaſi ſpiritualem, magis magisque ad ſe pertrahere cœperit, & pontifex Romanus ſuſpicatus fuerit, maximum autoritati ſuæ partum iri incrementum, ſi conjugiorum eſſet arbiter, rem divortiorum ſibi adſcripſit, cauſasque ſeparationis conjugalis, legibus civilibus ſtabilitas o in nihilum redigere auſus eſt, ita ut, ne quidem adulterium matrimonium terminare poſſe, decretum fuerit.

Et quo magis, circa matrimonium, a profanis rebus ſeparandum proſpera uterentur fortuna, ſacramentorum, numerum p eo augere, conſtituerunt. Atque ut eo magis hoc invaleſceret vinculum, in quandam confarreationis ſpeciem, ſacerdotalem addiderunt benedictionem, quæ omnes alios ſanare dicitur defectus, ita ut a tali virtute ſpirituali, ſecundum recentiores pontificum conſtitutiones, ne quidem ceſſans parentum conſenſus ſit exemtus.

 Quod

o *Cod. Theodoſ. lib. III. tit. XVI.* & ad eum IACOB. GOTHOFRED. WESTENBERG *in compend. pandect. lib. XXIV. tit. II. §. 15. ſeqq.* Add. SELDENI *uxor. Ebr. lib. II. C. XXVII.*

p A tali errore repurgatæ eccleſiæ nondum plane ſunt liberæ, ſed multa adhuc apud nos durant phoenomena, quæ inde profiſcuntur. Quo fit, ut vix præter adulterium & malitioſam deſertionem, ad tollendum matrimonii vinculum, inſidias, vitæ ſtructas, admittamus.

Quod ad ſecundas nuptias attinet, illæ æque Germanis [q] ac Romanis [r] diſplicuerunt. Quod eo magis mirandum, quum utraque gens cælibem vitam in odio habuerit. Cælibum pœnas lex Papia Popæa irrogabat [s] Germanorum Hageſtolziatus, qui cælibis defuncti, certum annorum numerum ſupergreſſi, bona fiſco addicit, non ubique hodie per Germaniam eſt exſtinctus.

Patria poteſtas penes Romanos ſumma erat [t] penes Germanos autem admodum moderata, & in genere

q *Melius quidem adhuc eæ civitates, in quibus tantum virgines nubunt, & cum ſpe votoque uxoris ſemel tranſigunt. Sic unum accipiunt maritum, quomodo unum corpus, unamque vitam, nec ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tanquam maritum, ſed tanquam matrimonium ament.* TACITVS *in Germania C. 19.*

r IACOBVS GOTHOFREDVS *ad lib. III. Cod. Theodoſiani tit. 8.* FABROTTVS *in enarr. ad lib. V. tit. 9. parat Cod.* CVIACII, ubi patrum ſententiæ contra ſecundas nuptias allegantur. Acceleratæ ſecundæ nuptiæ infamiæ poenam incurrebant, quam miſericors quoque dempſit pontifex.

s *Relatum deinde de moderanda Papia Poppæa, quam ſenior Auguſtus, poſt Iulias rogationes, incitandis coelibum poenis, augendo ærario ſanxerat: nec ideo conjugia & educationes liberum frequentabantur, prævalida orbitate.* TACITVS *annal. lib. III. C. 25.* Vid. HEINECCIVS *ad L. Iuliam & Papiam Poppæam.* Hebræi quoque & Græci cælibatum in odio habebant. Vid. HEINECCIVS *loc. cit. p. 21. 22.* CRAGIVS *de republ. Lacædemoniorum.*

t Jure Quiritum idem jus patri in liberos, quod domino in ſervos competebat. BYNCKERSHOECK. *de jure vendendi & occidendi liberos C. I.* Quonam tempore rigor patriæ illius majeſtatis, quæ inter alia jus vitæ & necis involvebat, apud Romanos deſierit, inter NOODTIVM & BYNCKERSHOECKIVM diſceptatum eſt. Verior mihi videtur ſententia

genere ſumta, tantum ea, quæ educandi, & regendi liberi, ab utroque parente præſtanda, requirebant, complectebatur. u Poſtquam vero jus Romanum in Germaniæ fora introductum, varii cum eo juris paterni, quo Romani utebantur, effectus ad nos delati ſunt.

Non ſolum juſtis nuptiis, quæ in terris Brunſvic. ſponſalia, adhibitis teſtibus, parentum conſenſu inita, & ſacerdotalem benedictionem requirunt, ſed & adoptione & legitimatione liberi in patriam perveniunt poteſtatem. x Adoptiones penes Germanos infrequentes ſunt; y ſiquidam eæ, quas Romani adoptionum habuerunt rationes z apud nos deficiunt. An apud veteres Germanos adoptionis quid duraverit, admodum in incerto eſt. Quæ in medio ævo adoptionis

tentia, jus illud, nempe liberos impune exponendi, aut necandi, ſenſim in deſuetudinem abiiſſe, aut correctum, & per Conſtantinum M. penitus ſublatum eſſe, ita ut patri nihil quam conveniens correctio & caſtigatio reliqua manſerit, *L. 3. Cod. de pat. poteſt. l. un. C. de emend. prop. l. un. C. de his qui par. vel lib.* HEINECCIVS *A. R. ad J. lib. I. tit. 9.*

u BAIER *in ſpec. jur. Germ. lib. I. tit. 26. Numerum liberorum finire, aut quenquam ex agnatis necare, flagitium habetur, plusque ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges.* TACITVS *in Germania cap. XIX.*

x *Corp. conſtit. elect. Brunſvic. part. I. C. I.* RVDOLPHI AVGVSTI & ANTONII VLRICI *conſt. de an. 1704.*

y Aliquem apud nos adoptionum uſum eſſe, tradit SCHILTER. *exercit. III. ad ff. §. 16.*

z HEINECCIVS *antiquitat. Rom. ad Inſtit. lib. I. tit. XI.*

Digitized by Google

nis occurrunt ſimulacra, a Romanorum adoptionibus ſatis remota videntur. [a] Frequentiorem omnino in multis Germaniæ locis eſſe unionem prolium, qua liberi diverſi matrimonii ad utriusque parentis ſucceſſionem vocantur, nullum habet dubium. Illud tamen a veritate alienum, uniones prolium in adoptionis, a Romanis ad nos transmiſſæ [b] locum ſucceſſiſſe.

Penes Romanos variæ erant legitimationis ſpecies. [c] In Germania, antequam jus Romanum ibi invaluerit, legitimatio quidem per ſubſequens matrimonium recepta fuit, ſed plenum tale, ac apud Romanos non dabat jus, ſed plerumque tantum, ad delendam illegitimorum natalium maculam, faciebat, aut ſi liberos in patria conſtitueret poteſtate, jus tamen ſuccedendi, ex juſtis nuptiis natis competens

a HEINECCIVS *in element. jur. Germanici lib. I. §. CLII.* POLYCARPI LEYSERI *diſſert. de adoptione* per andelangum i.e. fidejuſſionem. Tales adoptiones, quæ non tam in patriæ poteſtatis rationem, quam honoris cauſa fiebant, ſymbolum habebant, *comam, vel capillum refectum, tactam, vel refectam barbam.* Vid. EVERHARHARDI OTTONIS *jurisprud. ſymbol. exercit. III. C. 7. & 8.* Non adoptabantur niſi parentibus orbi ab hominibus liberis. Vid. formul. XII. apud MARCVLFVM *lib. II.*

b BAIER *in ſpecim. jur. Germanici lib. I. C. 25.* RICKIVS *de unione prolium,* MVSCVLVS *de ſucceſſ. anomola,* & EICHELII *diſſert. de unione prolium.*

c Per legitimationem fiebat, ut illegitimi apud Romanos, ſine patre non eſſent. Spurii enim, incerto patre nati, patrem non habere, intelligebantur. MENAGII *jur. civil. amœnit. C. 39. p. 359.* HEINECCIVS *antiq. Rom. ad Inſtit. lib. I. tit. X.*

petens, tribuere non ſolebat, niſi ante matrimonium ſuſcepti in eccleſiaſtico ritu, quo conjunctio fiebat, ſub palla matris latitarent, Mantel-Kinder. [d] Exemplum legitimationis per pontificem factæ *in chr. montis Sereni. ad ann. MCCI. pag. 71.* refertur. Innocentius enim Tidericum, Merſeburgenſem electum, ut epiſcopatu potiri poſſet, legitimavit. Legitimatio imperatoris autoritate facta in hiſtor. Landgrafiorum Thuringiæ p. 443. occurrit. [e]

Emancipationis Romanorum ſolennis, quæ adhibito ære & libera, per immaginariam fiebat venditionem [f] nulla, & Anaſtaſianæ pariter atque Iuſtinianeæ rara penes nos exſtant exempla. [g] Majores liberos emancipabant, cum filios reipublicæ addicerent, & filias in matrimonium collocarent. [h] *Nihil*, inquit

d DIETHERVS *in contin. theſ. Beſoldi pag. 384.*

e HEINECCIVS *elem. jur. Germanici lib. I. §. 150. ſeqq.* Quid hodie obtineat, a THOMASIO *in diſſ. de uſu practico doct. Inſtit. de legitimat.* traditur. Notæ ſunt legitimat. quæ a comitibus palatinis, cæſaris nomine, in toto fiunt imperio. Quodſi vero adulterini, aut inceſtuoſi legitimandi, ut illud in diplomate expreſſum ſit, oportet. Denique quilibet Imperii Ordinum in ſuo territorio legitimandi jure gaudet.

f Inter modos quibus apud Romanos a patria diſcedebatur poteſtate, erat emancipatio. CAII *Inſtit. lib. I. tit. 6.* & interpretes apud SCHVLTING. *p. 50. ſeqq.* Solennis iſta emancipatio ab ipſo Juſtiniano *l. ult. C. de emancipat.* eſt abrogata.

g GYLMANN. *ſymphorem Cameral. tom. V. part. II. tit. 9. ſupplem.* SCHILTER. *exercit. III. §. 16.*

h Conf. *jus Suevic. provinciale C. 259. jus provinc. Sax. lib. I. artic. 31.*

TACITVS * *neque publicæ, neque privatæ rei niſi armati agunt: Sed arma ſumere, non ante cuiquam moris, quam civitas ſuffecturum probaverit. Tum in ipſo concilio vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus ſcuto frameaque juvenem ornant. Hæc apud illos toga, hic primus juventæ honos. Ante hoc domus pars videntur, mox reipublicæ.* Hoc, quum vigeſimum ætatis annum abſolviſſent, fieri ſolebat.

Cumque reipublicæ eſſent membrum, paternæ domus pars eſſe deſierunt, & ſic publicam inſtituere œconomiam coacti fuerunt. *i* Ut autem haberent, unde œconomici ſuis ſubvenire poſſent neceſſitatibus, pater bona materna, & mater bona paterna, aut ſi quæ propria filii habebant, ipſis permittere, & ſi his deſtituebantur, pater, vel mater ex ſuis bonis partem aſſignare tenebantur. *k* Liberabantur hoc modo filii majorennes per ſeparatam œconomiam *l* a patria

* *In Germania C. 13.* HEINECCIVS *lib. I. tit. 12.*

i THOMASII *diſſertat. de emancipat. German.* BAIER *in ſpecim. jur. German. lib. I. C. 26.*

k BAIER *in ſpecim. jur. German. lib. I. tit. 26. §. 59. ſeqq.*

l Lubecæ, Hildeſiæ, Mindæ, aliisque in locis, ſi parentes ad ſecunda tranſeunt vota, prioris matrimonii liberos, aliqua bonorum parte illis tradita, a ſe ſeparare debent, MEVIVS *ad J. L. p. 303. ſeqq.* EICHEL. *in diſſert. de comm. bonor. &* CRVSIVS *ad ſtatuta Mindenſia.* Quid Hamburgi receptum *lib. III. tit. 3. art. 2. 7.* docetur.

tria poteſtate, & filiæ minorennes etiam per nuptias, utpote quibus in mariti tutelam concedebant.

Si parentes, liberis impuberibus, i. e. qui nondum viginti annis nati, relictis, denaſcerentur, proxima juncti neceſſitudine tutelæ, quam medium ævum mundiburdium vocabat, *m* munere fungebantur. *n* Teſtamentaria, eodem tempore, quo teſtamenta aliquem in Germania uſum habere cœperint, originem ſumſiſſe, videtur. Cæterum pactitia tutela medii ævi popularibus noſtris non fuit ignota, nec judicis confirmatio *o* neglecta.

Mulieribus, ob aliquam animi imbecillitatem, non ſolum apud Græcos *p* & vetuſtiores Romanos, ſed & apud Germanos tutores, ſive curatores dati ſunt.

m CANGIVS *in gloſſ. ſub. voc. mundiburdium.* HEINECCIVS *in elem. jur. German. lib. I. §. 132. & 360.*

n Hæc tutela a patria juris Germanici poteſtate non procul aberat, tutorque agnatus æque ac mater uſufructu gaudebat, nec ad rationes tutelæ reddendas obſtrictus erat. BAIER *in ſpecim. jur. German. lib. I. C. 26. §. 70. ſeqq.* Hodie a tutore rationes reddendæ, &, loco uſusfructus, ei ſalarium quoddam, non jure Romano, ſed moribus noſtris porrigitur.

o SCHILTER. *exercitat. ad pand. XXXVIII. §. 63. ſeqq.*

p SCHILTER. *loc. cit. §. 222. ſeqq.* BAIER *in ſpecim. jur. German. lib. I. c. 27.* Quid circa mulierum tutelam, ſive curam in Saxonia obtineat, peculiari differt. BERGERVS docuit. De curatoribus fœminarum in ducatu Magdeburg. conf. *corp. conſtit.* MYLII *& de curator. mulier.* in ducatu Wurtenbergico BESOLD. & LINDENSPVR. *ad jus provinciale Wurtenbergicum.*

Digitized by Google

ſunt. Atque hoc in illis terris, ubi antiqui iſti patrii mores per jus juſtineaneum non ſunt penitus expulſi, adhuc hodie obſervatur.

Apud Germanos [q] & Romanos [r] peregrini multis carebant juribus, quibus cives utebantur. Apud Germanos hodie jus peregrinitatis & albinagii non niſi per retorſionem [s] exercetur. Hoc ex veterum haud dubie Germanorum, qui hoſpites perhumaniter excipiebant [t] moribus ad nos eſt derivatum.

Cives, in generali ſignificatu ſumti, ſunt, vel imperantes vel parentes. De illis juris publici doctores ſunt conſulendi; Hi ſunt cum poteſtate aliqua

[q] PETITVS *ad LL. Atticas* apud WESSELINGIVM *p. 353. 536.*

[r] CALVISIVS *in lexic. juridic.* ſub voce peregrinus, SCHILTER. *de jure peregrinor.*

[s] Galli apud nos, propter jus albinagii, quod exercent, a ſucceſſione excluduntur. Neſcio an veritati ſit conveniens, in urbe Monaſterio aliquod peregrinitatis jus vigere. Franci, qui antiquioribus temporibus albinagii jure, quod peregrinorum bona fiſco tribuit, uſi ſunt, ut ex CANGIO in gloſſario ſub voce *Albanus* patet, hoc jus à Romanis aſſumſiſſe videntur. Belgæ ab eo, ut olim Scoti, in Gallia ſunt exemti. Vid. BAQVET *du droit d'Aubene.*

[t] IVL. CAESAR *de bello Gall. lib. VI. C. 21.* TACITVS *in Germania C. 21.* Succedentibus tamen temporibus, indigenis quædam præ peregrinis competiiſſe jura, conſtat. HEINECCIVS *in elementis jur. German. lib. I. §. 426. 427.* Aſt quæ in peregrinos duriora ſtatuebantur, ſcilicet, ut, potiſſimum ſi certos nullos ſibi conſtituere vellent lares, ſervorum eſſent numero, ſublatum, non tam *Friderici II. conſtit. ſ. authentica omnes peregrini*, quam moribus, niſi quod tale quid in Wildfangiis & in Algoviæ advenis reliquum ſit.

qua vicaria, ut principum miniſtri & conſiliarii [w] nec non magiſtratus in urbibus [x] & præfecturis. Cives, qui urbium membra, conſtituunt, & ruſticis contradiſtinguuntur, ſunt aut cives proprie dicti, qui in numerum civium, præſtito juramento civico, relati, & matriculæ inſerti, [y] aut incolæ tantum, qui civium proprie dictorum privilegiis non gaudent. Illi dividuntur in cives honoratiores, ut ſunt nobiles, eruditi [z] tam eccleſiaſtici, [a] quam laici, honorum gradibus diſtincti, [b] atque vul-

[w] Vid. SECKENDORFFII Fürſten-Staat, CONRINGII *diſſert. de neceſſariis civitatis partibus tom. III. Conringian. pag. 748. ſeqq. item de boni conſiliarii in republica munere. ibidem p. 111. ſeqq.* & varii autores, qui ſub titulo: *conſiſtorium principis*, conjunctim editi ſunt.

[x] Conf. ZAHNII *politica municipalis.* SECKENDORFF l. c. & CONRINGII *diſſert. de neceſſariis civitatis partibus.* De Græcorum & Romanorum magiſtratibus vid. PERIONIVS, BOSSARDVS *de Athenienſium magiſtratibus &c. autor diſſ. aphoriſticæ muneralis de magiſtratibus Romanis.* ZAMOSCVS *de ſenatu Romano.* VAN DER MVELEN *ad tit. de origine juris.* Plures autores excitat BRVNQVEL *in hiſtoria juris p. 15.*

[y] BAIER *in ſpec. jur. Germ. lib. I. c. XI. §. 15. ſeqq.* ZAHN *in ichnographia municipali C. 14. n. 9.* De antiquo jure civium Romanorum agit SIGONIVS, & ALEXANDER *in genial. dierum lib. IV. c. 10.*

[z] Hi nonnullis in locis dicuntur Mantel-Bürger, quia olim, ad antiquorum Græcorum & Romanorum morem, palliis induti inceſſerunt.

[a] *Conſtit. elect. Brunſu. part. I. Cap. 1.* IVLII Kirchen-Ordnung *de anno 1615.* ANTONII VLRICI erneuerte Kirchen-Ordnung *de anno 1709.*

[b] FELTMANN *de titulis honorum,* ITTER *de gradibus & honoribus academicis.* In territoriis ex principis placito honorum claſſes & gradus conſtitui ſolent. Vid. RVD. AVG. & ANTONII VLRICI Rang-*Reglement de anno 1691.* LVDO-

vulgares, ſive plebeios, ad quorum claſſem omnes reliqui referuntur.

Cives vulgares ſuas quoque habent claſſes. Primæ claſſi annumerantur mercatores, [c] & inſigniores artifices; in ſecundam autem claſſem collocandi opifices, [d] braxatores, [e] hoſpites, caupones,

DOVICI RUDOLPHI Rang=*Reglement* zu Blanckenburg *de anno* 1714. AVG. WILH. Rang=*Reglement* der *Secret. de anno* 1716. *ejusd. extenſio de eodem anno.*

[c] Negari non poteſt, per commercia abundantiam reipublicæ inferri; unde mercatores fovendi, & privilegiis alliciendi. HERT. *de prudentia civili part. II. ſect. I. §. 34.* CONRING. *de commerciis & mercatura*, WERLHOF. *de commerciis maritimis*, MARQVARD. *de jure mercatorum*, SIMON & SVENDENDOERFFER *de privilegiis mercator.* LAVTERBACH. *de jure ſingul. in curiis mercator. uſitato.* BAIER *in ſpec. jur. Germ. lib. I. C. 14. conſtit. elect. Brunſv. part. II. c. 2.* Salutares quoque, ad mercatoriam & artificum rem attinentes, in ducatu Brunſuicenſi promulgatæ ſunt conſtit.

[d] Vid. Anhaltiſche Landes=Ordnung *tit. XXXI. XXXII.* GEORGII BAIERI *ſpecim. jur. Germ. lib. I. C. XV.* & ADRIAN BAIER in variis tractatibus, ad hanc rem pertinentibus. In terris Brunſuic. de corrigendis & tollendis abuſibus & defectibus, qui opificia commaculant, diligenter actum eſt. Vid. *corp. conſt. elect. Brunſ. part. III. C. 4.* & LVDOVICI RVDOLPHI *edict.* ea, quæ de opificum abuſibus tollendis imperii lege ſtatuta d. 27. Nov. 1731. confirmans. Add. AVGVSTI Tax=Ordnung paſſim.

[e] Varii de braxandi jure aliquid literis mandarunt, utpote SCHOEPFFER. *de jure braxandi*, TABOR *de jure cerviſiario*, ZYD. a BVD. *de eodem argum. autor apolog. pro jure braxandi nobilit. Saxo-Lauenb.* pluresque alii. Vid. BAIER *in ſpec. I. G. lib. I. cap. 16.* Braxatores non ſunt mercatorum numero. Vid. HERT. *in paroemia* Brauwerck iſt eine Manufactur, und keine Kaufmannſchaft. Quid in terris Brunſuicenſibus circa rem braxat. obtineat, pluribus traditum eſt conſtitutionibus. Vid. *conſtit. elect. Brunſu. part. I. C. 1. part. II. C. 2. part. III. C. 4. 7. 8.* AVGVSTI Brau-Ordnung der Stadt Wolffenbüttel *de anno* 1664. RVDOLPHI AVGVSTI

pones, *f* molitores, *g* operarii. Hi ſæpe non civium, ſed incolarum numero ſunt. Honoratiorum incolarum numero ſunt, aulici *h* litterati, officiales bellici, *i* ſuperiores, redituum, metallifodinarum, ſalinarum præfecti, qui inter cives ſtricte dictos non ſunt, reliqua autem membra in ſecunda ſunt claſſe. Carnifex *k* cum excoriatoribus, ſuum caſtratoribus, & lictoribus, die Schlieſſer, item Judæi *l* non ad civium, ſed infimæ claſſis incolarum cenſum pertinebunt. Va-

d 2 gabun-

STI Verordnung, wie es mit dem Brauweſen in den Städten und unter den Bauern ſoll gehalten werden, *de anno 1680. &c.*

f BAIER *in ſpec. jur. Germ. lib. I. C. 17.* Anhaltiſche Landes-Ordnung *tit. XXVIII.* FALCKNER. *de jure hoſpitiorum.*

g BAIER *in ſpec. jur. Germ. lib. II. C. 7.* Staats-Canzeley *part. III. C. 7. faſcicul. 2.* BORNII *diſſert. de eo quod juſtum eſt circa molendina. Corp. conſtit. elect. Brunſu. part. IV. C. 7.* RVDOLPHI AVGVSTI & ANTONII VLRICI Mühlen-*Accis*-Ordnung *de anno 1687. &c.*

h LOEHNEISEN, SECKENDORF. im Fürſten-Staat.

i Multæ, ad militum jura & privilegia ſpectantes, in LVNIGII *corp. jur. milit.* occurrunt conſtitutiones. Add. *corp. conſtit. elect. Brunſuic. part. III. C. 3.* In ducatu Brunſuicenſi plures etiam, rem militarem concernentes, in publicum prodierunt ſanctiones.

k GEORGIVS BAIER *in ſpec. jur. Germ. lib. I. C. 15. §. 13* ADRIANVS BAIER *in tyrone opificiario C. IV. §. 3.* THOMASII Juriſtiſche Händel *part. III. p. 185. ſeqq.* & in *diſſert. de jurisd. differentia ſecundum mores Germanicos.* HEINECCIVS *E. I. G. lib. I. §. 414.* Non carnifex, ſed excoriatores, & caſtratores ſuum levi macula laborare dicuntur.

l De Judæis ordinationes vid. *in corp. conſtit. elect. Brunſu. part. IV. C. 4. 8.* Olim in terris Brunſuicenſibus nulli admittebantur, ut ex ERICI IVNIORIS mandato de anno 1553. & HENRICI IVNIORIS edicto de anno 1557. conſtat. Hodie in ducatu noſtro aliqui tantum tolerantur, qui nomine Schutz-Juden veniunt.

Digitized by Google

gabundi [m] & mendicantes oberrantes tantum temporarii ſunt incolæ.

Non ſolum circa perſonas, ſed & circa bona, modosque ea acquirendi, nec non negotia tam extrajudicialia, quam judicialia Germanicæ a Romana jurisprudentia non deſunt diſcrimina. Ex rebus, qui Romanis communes [n] & publicæ dicebantur, pleræque, ut & univerſitatis quædam hodie [o] regalibus minoribus, ſive, fiſcalinis [p] annumerantur. Exempla nobis jam tantum mare pro integro ſumtum, aut pro præcipuis ejus partibus, littora, flumina, inſulæ & venatus præbeant. Romani mare, [q] littora, & feras rebus communibus, flumina

m Vagabundorum numero etiam quodammodo ſunt, das Herrnloſe Geſinde, Bärentrecker, Keſſelſucker, & ſimilis furfuris homines. Salutare contra hos & mendicantes in terris Brunſuicenſibus formatæ ſunt conſtitutiones. Conf. *corp. conſtit. elect. Brunſu. part. I. C. 1.* & *part. III. C. 4.* RVDOLPHI AVGVSTI & ANTONII VLRICI *conſtit. contra peregrinos mendicantes de anno* 1698. 1699. 1701. item ANTONII VLRICI de anno 1709. AVGVSTI WILHELMI de anno 1718. LVDOVICI RVDOLPHI *Edict* der Bettler und Land-Streicher wegen, und wie ſelbige zu beſtrafen, de anno 1734.

n *L. 2. ff. de R. D.* IANVS A COSTA *ad §. II. ſeqq. I. de R. D.* HOTTOMANN *lib. VIII. obſ. C. 4.* Veteres res communes & publicas pari adhibuiſſe ſenſu tradit NOODT *probabil. C. VII. p. 17. ſeqq.*

o Quid olim obtinuerit, memorant HEINECCIVS *in elem. I. G. lib. II. §. 1. tit. I. ſeqq.* SCHILTER. *exercit. IV. ad ff. §. XIII.*

p SCHILTER. *l. c. §. XVII. XVIII.*

q OVIDIVS *lib. VI. metamorph.* VIRGILIVS

flumina autem publicis accenſebant, & inſulas in fluminibus natas eis, quorum agris vicinæ, tribuebant: Aſt hodie hæc aliter ſe habent.

Controverſiæ de maris dominio, aut libertate GROTII *& SELDENI, eorumque ſequacium GRASWINCKELII, STRAVCHII, aliorumque calamis, & Anglorum, unitique Belgii foedere junctorum ſociorum armis, illis pro dominio, his pro libertate maris pugnantibus, ventilatæ ſunt. Lite per Bredanam, Sueco arbitrio, compoſita pacem, Vltrajectinæ ſocietatis membra Anglorum maris dominium, quod tam juri, quam gentium praxi conveniens eſſe, in programmate de *occupatione* probatum ivi, agnoſcunt. Hollandorum enim aliarumque gentium naves, Anglorum navi bellicæ, aut etiam veloci, inſigne regium, *pavillon Royal*, habenti, obviam venientes, in ſignum agnitionis illius, vexillum ſuperius, in mali majoris vertice poſitum demittunt. *P. B. art. 19.* r

 Quod

GILIVS *Aeneid. VII. v. 229.* IANVS A COSTA *l. c.* GROT. *de I. B. & P. lib. II. C. 3. §. 9.*

* VAN DER MVELEN *ad* H. GROT. *de I. B. & P. lib. II. C. 1. §. 3.*

r *La vie de l'Admiral* RVITER *pag. 435.* Obortæ etiam ſunt inter Anglos & Danos de dominii, quod illi in ſeptentrionali ſibi vindicant mari, limitibus lites. Vid. PONTANVM & *deduct.* pro Danis in *Conringianis.* Angli quoque ſuam cauſam

Quod ad parva maria, quæ circumjacentibus terris minora ſunt, illa in dominio eſſe, nec ipſe GROTIVS *de J. B. & P. lib. II. cap. 3. §. 8.* negavit. Vid. CONRINGIANA paſſim. Neutiquam autem maris dominium liberam navigationem, ut rem innoxiæ utilitatis, excludit. Vid. HEINECCII *diſſert. de jure principis circa commerciorum libertatem tuendam.* GROT. *de mari libero C. 1. ſeqq.*

Quæ in littoribus reperiuntur, hodie fiſci eſſe incrementum, in vulgus notum eſt. De jure illo iniquo, quod Strand-Recht vocant, ⁵ æquitati, legibusque Romanis * §. *ult. I. de R. D. l. 1.* §. *ult. l. 8. ff. ad L. R. de jactu l. ult. ff. de incend. ruin. l. 1. C. de naufr. authent. navigia C. de furtis & conſtit.*

cauſam peculiaribus defendere ſcriptis aggreſſi ſunt. Vid. *een waare Deductie van alle het gepaſſerde tuſchen ſyn Majeſtæt von Groot Britaignen, ende den Coningh van Denemarcken.*

5. Galli hoc jus appellant *droit de Bris.* Hiſpani hanc iuris iniquitatem trans lineam in omnes, qui non ſunt Hiſpani nati exercent. LABERINTO *de commercio lib. III. capite viage n. 15.* COVARVVIAS *in relect. C. peccatum part. III. §. 1.* Iuris hujus a Danis in Suecos, infeliciter in Germania pugnantes, ſub fide Danicarum tuti itineris tabularum, ex Pomerania in Sueciam navibus reducendos, ad Bornholmiam naufragium facientes, exerciti, illuſtre exemplum habemus apud PVFFENDORF *in rebus Brandenb. lib. XVI. §. 64.* Exercent Dani hoc jus in omnes, exceptis Batavis, qui ab hoc onere per Chriſtiani IV. privilegium ſunt liberati.

* Vid. tamen *l. 9. ff. ad L. R. de jactu &* IVVENALIS *ſatyra 4. v. 54. 55.*

Digitized by Google

ſtit. criminali Carolina artic. 218. repugnante, vid. VINN ad PECK. *de re nautica*, SCHOTTEL *de ſingul. & antiquis Germ. juribus C. 20.* STIPMANN *de jure maritimo C. V. pag. 626. ſeqq.* in HEINECCII *ſcriptor. de jure nautico & maritimo*, HERT. ad PVFFENDORFF. *de jure naturæ & gentium lib. II. C. 3. §. 8.* SELDENI *mare clauſum C. 24.* GROTIVS *de I. B. & P. lib. II. C. 7. §. 1.* ubi per leges civiles non jus civile Romanorum eſt intelligendum, BAIER *in ſpecim. jur. Germ. lib. II. C. 6.* qui hujus juris iniquitatem excuſare annititur, & mea *de obſervantia gentium & imperii* diſſertatio.

Flumina regalium numero eſſe, apud SIXTINVM, EINSIDELIVM, BOCERVM aliosque de regalibus ſcriptores reperitur. Inſulæ ex Adolphi conſtit., quam FREHERVS notis illuſtravit, ut acceſſorium fluminum, ad territoriales ſpectant dominos.

Venatoria res noſtro tempore varias peperit controverſias. Vid. quæ viri illuſtr. CRAMER, ICKSTAET & STRVBIVS *hac de re* diſſeruerunt. His

His junge deductiones de hoc argumento publici juris factas, & meam *de jure venandi* diatribam. Salutares in terris Brunſuicenſ. ad rem venatoriam & foreſtalem ſpectantes, promulgatæ ſunt conſtitutiones. t

Metallifodinæ u quoque & ſalinæ x nec non

t Vid. *corp. conſtit. elect. Brunſu. p. IV. C. 5. 6. 8.* In ducatu Brunſuicenſi inter alias hac de re notandæ ſunt conſtitutiones HENRICI IVLII Holtz- und Forſt-Ordnung de anno 1590. RVDOLPHI AVGVSTI & ANTONII VLRICI Forſt-*Reglement* de anno 1686. eorundem Forſt-*Reglement* die Graffſchafft Blanckenburg betreffend, de anno 1693. eorundem *Formular*, wornach die Forſt-Rechnungen einzurichten, de anno 1689. eorundem *ordinat*, wie es mit Löſchung der in den Fichten entſtandenen Feuersbrunſt zu halten, de anno 1689. eorundem *edictum*, die *Execution* der *dictirten* Forſt-Straffen betreffend. ANTONII VLRICI Verordnung, wie die Land- und Forſt-Gerichte zu hegen, de anno 1707. Forſt- und Cammer-Ordnung de anno 1729. Præter conſtitutiones de venatu, quæ ordinationi curiæ provincialis Guelpherbytanæ junctæ ſunt, exſtat, ANTONII VLRICI Jagd-*Edict* de anno 1697. ejusdem *Edict.* von Lichtmeſſen bis Bartholomäi nicht zu jagen, de an. 1711. repetitum ab AVGVSTO WILHELMO 1719.

u BAIER *in ſpecim. jur. Germ. C. IV.* HEINECCIVS *in elem. jur. Germ. lib. II. §. 8. & 23.* STRYCKII *diſſert. de jure principis ſubterraneo.* EISENHART. *de regali metallifodinarum jure.* HAPPELI *diſſert. de fodin. earumque uſu.* PFEFFINGER *ad* VITRIARIVM *lib. III. tit. 18. §. 28. corp. conſtit. elect. Brunſu. part. IV. C. 6.* HENRICI IVLII erſte *Communion*- Berg-Freyheit de anno 1532. ejusdem Zellerfeldiſche Freyheit, de anno 1556. WOLFFGANGI ejusque fratris PHILIPPI Berg-Ordnung, de anno 1593. AVGVSTI Verordnung, daß das Holtz zu den Bergwercken durch die dazu angeordnete Leute, und nicht von den Forſt- und Bergwerck-Bedienten angefahren werden ſoll, de anno 1655. LVDOVICI RVDOLPHI dem Blanckenburgiſchen Bergwerck gnädigſt ertheilte Berg-Freyheit, de anno 1718. AVGVSTI WILHELMI *edict*, daß niemand auf den

non cavernæ, y ex quibus potiores eruuntur mineræ, fiſci, in terris, ubi fiſcus principis accenſetur emolumentis, partes ſunt. Solent autem principes feudi, aut ſimili jure, ſub certorum redituum pacto, lucra illa privatis permittere, ita tamen, ut monetæ cudendæ jus z penes ipſos ſit.

Diverſitates omnino etiam quædam ſunt circa bona illa, quæ apud Romanos ad patrimonium publi-

den Bergwercken ſich mit Worten oder That vergeben ſoll, de anno 1720. 1725.

x BAIER *in ſpecim. jur. German. lib. II. C. 5.* FRITSCH *de regali ſalinarum jure.* STRVVE *de contractu innominato, qui conceſſio ſalinarum Hallenſium dicitur.* HOFFMANN. in der Beſchreibung des Saltzwercks zu Halle. ENGELBRECHT. *de jure ſalinar. Luneburg.* HONDORFFII *haligraphia.* MOEGLINI *collatio juris civil. Romani cum ſtatutario Suevo Hallenſi, circa materiam emphyteuſeos in ſalinis.*

y KREBS *de ligno & lapide.* LYNCKERI *diſſ. de jure minerarum.*

z De autoribus, ad rem monetariam & nummiſmaticam pertinentibus vide *catalogum, quem Caroli V. ordin. monet. adjeci.* Conſtitutiones, ad rem metallicam in electoratu Brunſuicenſi ſpectantes, leguntur in *corp. conſtit. elect. Brunſu. part. III. C. 4.* In ducatu Brunſuicenſi magnus eſt numerus conſtit. & edictorum monetalium, utpote HENRICI SENIORIS, HENRICI IVLII, FRIDERICI VLRICI, RVDOLPHI AVGVSTI, & ANTONII VLRICI, AVGVSTI WILHELMI, LVDOVICI RVDOLPHI, & CAROLI. Ex hoc apparet, quam ſolliciti principes noſtri circa recte curandam & emendandam rem monetariam fuerint. FRIDERICI VLRICI edicta monetaria ſunt de anno 1620. 1621. 1622. 1623. 1624. RVDOLPHI AVGVSTI & ANTONII VLRICI *Edict.* wann der Leipziger Fuß *etabiliret*, de anno 1690. AVGVSTI WILHELMI erneuertes Müntz = *Edict* de anno 1717. LVDOVICI RVDOLPHI *Edict* wegen *devalvirung* einiger Müntz-Sorten, von 1733. CAROLI principis optimi *Edict* wegen *devalvation* einiger

Digitized by Google

publicum, ſive populi [a] ſpectabant, ab hodiernis bonis dominicalibus, ſive domanialibus quæ vocantur, boniſque menſæ; [b] & quæ principis privatum conſtituebant patrimonium, [c] a bonis, quæ corrupto noſtri ſeculi ſtylo Chatoul-Güter dicuntur [d] diſtincta ſunt. Neque omnino Romanorum fiſcus cum collegiis, quæ in Germaniæ territoriis cameræ vocantur; neque ærarium [e] populi Romani, cum eo quod den Landes-Kaſten aut Landes-Schatz [f] vocamus, coincidit.

Res

ger Müntz-Sorten de anno 1735. Ad argumentum monetarium illuſtriſſimi comitis de BVNOW, celeberr. MASCOWII *diſſertat. de jure circa rem monetariam*, nec non illuſtris Dom. de PRAVN *tractatus de eadem materia faciunt.*

a GROTIVS *de I. B. & P. lib. II. C. 6.*

b Vid. CHOPPINVS, aliique *de domanio* autores conjunctim editi. Juris Canonici Dd. de bonis menſæ agunt. Add. LYNCKERI *reſp. II.*

c *L. 6. §. ult. ff. de jure fiſci.* Memorantur procuratores hæreditatum privati patrimonii apud FABRETTVM *inſcr. C. 3.* & PHILIPP. *de* TVRRE *in monum. veter. antiquit. C. 6.* Vid. HEINECCIVM *in antiquit. jur. Rom. ad Inſtit. lib. I. tit. 25. §. 10.*

d HOFFMANNI *diſſert. von Chatoul-Gütern.*

e De differentia inter fiſcum & ærarium, vid. PAVLVS *ſent. recept. lib. V. tit. 2.* & annotat. ad eum apud SCHVLTING. *in jurisprudentia ante juſtinianea p. 476. ſeqq.* Hoc diſcrimen, aucta principum poteſtate deſiit, ita, ut nihil reliquum fuerit, quam ut publica pecunia *ſacra largitio*, & principis patrimonium ratio privata diceretur.

f Vid. BESOLD. & KLOCK. *de ærario.*

Res quoque ſacræ, *g* ſanctæ & religioſæ, quæ divini erant juris, apud nos aliter quodammodo, *h* ac apud Romanos ſeſe habent. *i*

Longe plura apud nos ſunt bona, in quibus dimidiatum eſt dominium, aut utrique ſaltim parti jus aliquod reale, uni majus, alteri minus competit, ac apud Romanos. De quibus in ipſo libro, cui hæc præmittitur præfatio, exempla occurrunt. *k*

g De ritibus, quibus Roma gentilis res ſacras conſtituebat, agit MARCILIVS *ad §. VIII. I. de R. D.* De Catholicorum ſolennit. in conſecrandis rebus DVRANDVS *de ſacris officiis*, & quid apud proteſtantes circa templorum inaugurationes obtineat, BRVNNEMANNVS *in jure eccleſiaſtico* tradit.

h Vid. COSTA *ad §. X. I. de R. D.*

i SCHILTER *exercitat. IV. ad pandect.* BRVNNEMANN *in jur. eccleſ.* MAVRIZII *ſelecta juris Canonici lib. I. tit. 49. corp. Conſtit. elector. Brunſu. part. I. C. 1. part. II. C. 2.* ANTONII VLRICI Begräbnis-Ordnung der Stadt Wolffenbüttel de anno 1707. De Romanorum rebus ſepulcralibus in diſſertatione, quam Dom. SAVRMANN ſub meo habuit præſidio, late actum eſt. Mœnium ſanctitatem apud nos reſtrictam eſſe, ex compendiis juridicis, & majoribus voluminibus abunde patet.

k Diſtinctio rerum in allodiales & feudales Romanis incognita fuit, habuerunt tantum illi feudis aliquod analogum. De feudis Brunſuic. vid. *corp. conſtitut. elector. Brunſu. part. IV. C. 6. & 8.* RVDOLPHI AVGVSTI & ANTONII VLRICI *declaratio*, daß die Töchter aus den Lehn, wenn keine andere Güter vorhanden, abgeleget werden ſollen, de anno 1702. ejusdem Verordnung, was den Adlichen Töchtern *ex feudis ratione alimentorum & dotis* gereicht werden ſoll, de anno 1703. AVGVSTI WILHELMI *Edict* die Affter-Lehn betreffend, de anno 1729. ejusdem

Servitutes [l] & res ultimarum voluntatum a Romanis [m] ad nos transmiſſæ [n] eodem fere modo apud nos ſunt, ac erant in Latio. Nonnullis tamen locis ſua hic quoque ſunt ſtatuta & mores. [o]

Quod

ejusdem *ordinatio*, daß die Lehn-Wahren nicht geſteigert werden ſollen, de eodem anno. Feudalis qualitas in terris Brandenburgicis per conſtitut. de anno 1717. ſublata eſt.

l HEINECCIUS *in elem. jur. German. lib. II. §. 130. ſeqq.*

m Romanor. teſtam. antiquit. vid. apud HEINECCIUM *lib. II. tit. X. XI. XII.* THOMASIUM *in diſſert. de primis initiis ſucceſſ. teſtam.* COMMENT. ad CAII *inſtit. lib. II. C. 2.* apud SCHULTING. *in jurisprud. antejuſt.* Veteribus Germanis nullum teſtamentum TACITUS *C. 20.* BAIER *in ſpecim. jur. German. lib. II. C. XI.* HEINECCIUS *ibid. §. 141. ſeqq.*

n Noribergæ, ut, & aliis in locis, jure Canonico, moribus aut ſtatutis teſtamenta, coram duobus teſtibus facta, valent. *Reform. Noriberg. lib. I. tit. 29.* Hoc tamen Noribergæ tantum ad res, in ejus territorio ſitas, pertinet. *Jus provinciale Dithmarſicum artic. 26.* non niſi duos aut tres, ad teſtamentum condendum, requirit teſtes. Bremæ teſtamentum coram duobus ſenatoribus conditum, ſigillo & ſubſcriptione munitum, valet. Oportet tamen, ut in teſtamentorum libro, inter quatuor ſeptimanas a morte teſtatoris, ſub poena decem marcarum, inſcribatur, tumque coram ſenatu publicetur. Præterea requiritur, ut duæ marcæ in viæ veteris, quæ dicitur die Hackel-Riede aut der alte Weg, & duæ marcæ in moenium reparationem relinquantur. Hoc neglecto, teſtamentarii in utriusque uſum decem ſolvant, neceſſe eſt. KREFTING *ad ſtatut. Bremenſia tit. IV. de teſtam.* Francofurti teſtamenti factio coram tribus fieri debet ſenatoribus. *Reformatio Francof. part. IV. p. 170.*

o Sæpe ſpecialia de condendis teſtamentis dantur privilegia. Sic Oehlhafiorum patriciæ genti Noribergenſi privileg. a Maximil. I. datum, ut coram duobus, vel tribus teſtibus, etiam non rogatis, teſtari poſſint, ita ut talis teſtamenti valor, ad omnia bona, ubicunque ſint ſita, ſe extendat.

Digitized by Google

Quod ad ſucceſſiones ab inteſtato attinet, Romanorum placita *p* maximam partem apud nos ſervantur. Negari tamen non poteſt, variis in locis ſucceſſionem ſtatutariam *q* obtinere, a Romanis ſanctionibus diſcrepantem. Habemus quoque ſucceſſionem pactitiam, quæ non æque *r* cum Romanorum legibus & moribus convenit.

In conventionibus plerumque id, quod hac

p HEINECCIVS *antiquit. Rom. lib. III. tit.* 1. *ſeqq.* Interpretes ad CVIAC. *inſtit. lib. II. tit. VIII.* apud SCHVLTING. *p.* 131. *ſeqq.* SONNEMANN. & STEPHANI *ad Nov.* 115. 121.

q Vid. SCHEVRER, RICHTER, STRYCK, *de ſucceſſione ab inteſtato, & mea diſſertat. de eodem arg.* Bremenſ. Lubecenſ. Hamburg. ſtatuta in ſucceſſ. ab inteſtat. partim Saxon. partim commune jus ſervant. Bremæ, Lubecæ & in ducatu Cellenſi aliisque terris Brunſvicenſ. tam elect. quam ducal. res expeditoriæ & geradicæ non habent locum. Vid. *corp. conſtit. elect. Brunſvic. part. III. C.* 2. FRIDERICI VLRICI *Conſtitutio* von Auffhebung des Hergewettes der Gerade und Muſtheils de anno 1757. Celliſche Policey-Ordnunge *C. XXVI.* KREFFTING. *ad ſtat. Bremenſ. artic. XXVI. Jus Lubecenſ. part. II. tit.* 2. *art.* 15. Luneburgi res expeditoriæ & gerada adhuc in uſu ſunt. *Stat. Luneburgenſia part. VI. tit. I.* Hæc urbs Ulzenſis ſequitur. *In ſtatutis Brunſvicenſ. tit.* 21. *ſeqq.* rerum expeditoriarum & geradicarum quoque mentio injicitur, dubito tamen, an hoc jus adhuc hodie ibi obtineat. Quoad ſucceſſionem conjugum in terris electoral. Brunſvicenſ. jus commune ex conſtit. ERNESTI AVGVSTI de anno 1694. locum habet. Vid. *corp. conſtit. elect. Brunſvicenſ. part. II. C.* 2. *pag.* 624. In ducatu Brunſvicenſ. conjuges ſibi invicem, ſi nulla adſunt pacta dotalia, nec teſtamentum, ſuccedunt, modo nulli adſint deſcendentes, aut aſcendentes. Conſtitutio RVDOLPHI AVGVSTI & ANTONII VLRICI de anno 1689.

r Vid. STRYCK. *de ſucceſſione ab inteſtato diſput. VIII.* BAIER *in ſpecimine juris Germanici lib. II. C. XI. §.* 30. *ſeqq.*

Digitized by Google

de re jure Romano ſtatutum eſt, ſequimur. Sunt tamen in pactis & contractibus quibusdam peculiaria, quæ jus Juſtinianeum non habet. [r] Talia exempla occurrunt, in retractu vicinitatis, [s] & jure protimiſeos, ſive retractu gentilitio conſuetudinario, quo, propinqua cognatione conjuncti, jure ſanguinis a rebus avitis immobilibus, i. e. prout hodie intelligimus, a venditore non comparatis, alios emtores, ſoluto eodem pretio, repellunt; aſſecuratione, i. e. receptione periculi mercium, ſive aqua, ſive terra transportandarum; ſocida ſive contractu, quo alicui viliori pretio pecora locantur, ut eorum mortis periculum ſuſcipiat; obſtagio, utpote pacto, quo debitor creditori promittit, ſi intra ſtatutum non ſolvat tempus, fore, ut diverſorium, ſibi a creditore aſſignandum, intret, nec inde diſcedat, usque dum ab ære, quo creditori devinctus, ſeſe liberaverit.

Bremæ jus retractus intra annum, tres ſeptimanas

r *L. 14. C. de contract. emt. & vend.*

s RHETIVS & FRITSCHIVS *in diſſert. de jure congrui* von Geſpilde. Vi hujus juris conſuetudinarii in multis Germaniæ locis vicino, in bonis immobilibus vendendis, jus prælationis competit.

manas & tres dies exercendum. Hamburgi duo menſes huic juri exercendo præfixi ſunt. *Statuta Hamburgenſ. tit. VIII. artic. 4.* Verdæ æque ac Bremæ bona immobilia non niſi civibus vendi poſſunt, ibique etiam retractus ſanguinis obtinet *Stat. Verd. art. 13.* Ius retractus, quod Lubecæ ſervatur, *jure Lubecenſi lib. II. tit. 7. artic. 1.* traditur. *In jure ſtatut. Dithmarſico artic. 65. pag. 75.* conſtitutum, ut a præſente in territorio intra ſex ſeptimanas a die ſcientiæ, & ab abſente intra annum & diem jus retractus exerceatur. Francofurti quoque jus retractus locum habet, *Reformatio Francofurtana part. II. artic. 5.* In ſubhaſtatione etiam, quamdiu res non eſt adjudicata [u] hoc jus admittitur.

Aſſecurationes contractui explicando operam dederunt SANTERNA *de aſſecurationibus*, STYPMANN *de jure maritimo part. IV. cap. 7.* MARQVARD *de jur. commerc. lib. II. C. 12. n. 8.* BAIER

u A GEORGIO LVDOVICO 1999. conſtitutum, ut jus retractus in bonis immobilibus, ſub haſta vendendis, exerciturus inter licitantes comparere debeat. *Corp. conſtit. elector. Brunſvicenſ. part. II. Cap. 2. pag. 627.*

ER *in ſpecim. jur. Germ.* x Non autem aſſecuratio cum bodmeria eſt confundenda.

Socidam juris Germanici contractum y commentario, ex jure Romano deſumto, illuſtravit, TABOR *in diſſert. de jure ſocidæ.* Exſtat quoque de eodem argumento TILEMANNI *diſſert.* Add. RICHTER *part. II. deciſ. 81.* STRYCK. *in V. M. ff. lib. XIX. tit. 2. §. 10.* LEISER *in jure georgico lib. II. C. 13.* STRVVE *de jure ovium.* Hic contractus variis iniri poteſt modis. Conf. BAIER *in ſpecim. jur. German. C. XXII. §. 19.* Pecora, ſi hoc modo locantur, conductoris periculo ſunt, eiſern Vieh, & rebus immobilibus annumerantur.

Ius obſtagii z ſalvum eſt in Holſatia. Haderslebiſche *Conſtit. de anno 1704.* ejusque *renovat.*

x Add. tractat. cui titulus: *Guidon dans les coutumes de la mer p. 219.* KVRIKE *in diatriba de aſſecuratione* HENRICI COCCEII *diſſert. de aſſecuratione*, Hanſee-Städte Schiffs-Ordnunge *tit. VIII.* STEPHANI *diſſert. de havaria.*

y An ſocidæ quid in L. 8. C. de pactis ſit, valde dubium eſt.

z Minoris eſt pretii diſſert. quam TABOR de obſtagio von Einlager conſcripſit. Nec majoris valoris eſt ea, quæ ſub STRAVCHII nomine circumfertur, & quæ a SCHVCKMANNO habita. Melioris autem notæ, quam FALCKNERVS de eodem edidit argumento. Ex profeſſo hanc materiam pertractavit AMTHOR *de obſtagio &* POTGIESSER. *in comm. de obſtagio ſive pignore perſonali.*

Digitized by Google

vat. de eod. anno. Vid. Holſtein-Glückſtädtiſche Land-Gerichts-Ordnung *pag. 145. ſeqq. Inſtrum. pac. Weſtphal. artic. VIII. in fin. illuſtr. Dom. de* MEIERN *in act. pac. Weſtphal. tom. V. p. 930. & tom. VI. p. 153.*

In delictorum poenis etiam non ubique Romanorum leges imitamur, præſertim in furtis & rapina, quam robbariam dicunt, puniendis ab iis diſſentimus. Romani aliam nocturni *a* aliam diurni furti- manifeſti, nec manifeſti habebant poenam. Obla-

a Lege decemvirali tab. II. C. 4. in nocturnum furem capitis pœna ſtatuta eſt, eumque occidere fas erat. Idem jure divino Exod. XXII. 3. & Attico, DEMOSTH. *orat. pro Timocrate;* obtinet. Vid. GROT. *de J. B. & P. lib. II. C. 1. §. 12.* Diurnum non licebat interficere, niſi ſe telo defendiſſet. AVT. *collat. leg. Moſaic. & Roman. tit. 7. pag. 759.* apud SCHVLTING. Verba legis XII. tabul., prout ea apud MACROBIVM leguntur: *Sec. nox. furtum eſt ſec. im. occiſit. jure cæſus eſt.* Clamorem non requirunt, ut fur impune occidi poſſit: CAIVS autem eum poſcit, ad liberationem a lege Aquilia. Vid. NOOD *obſervat. lib. I. C. 15. & ad L. A. C. V.* SCHVLTING. ad PAVLI *ſentent. lib. V. tit. 23. §. 9. & ad coll. leg. Moſaic. & Roman. tit. VII.* Hæc poteſtas, furem nocturnum occidendi, deinde in furibus urbanis apud Romanos reſtricta fuit CVIACIVS *obſ. lib. XVI. C. 15. & lib. XIX. c. 12.* HVBERVS *in eunomia juris ad l. 5. pr. ff. ad L. A.* VAN DEN WATER *obſ. lib. I. C. 19.*

b Furtorum apud Græcos non eadem erat pœna. Draconis lege fures cujuscunque modi capitis puniebantur ſupplicio. Hæc lex multis nimis dura videbatur. Aliam ſanxit Solon, qua duplum a fure exigebatur. PETITVS *ad L. L. Atticas lib. VII. tit. 5. p. 364.* apud WESSELINGIVM, GROTIVS *de J. B. & P. lib. II. C. 20. §. 31.* Attica dupli pœna in fures diurnos nec mani-

Oblatum autem & conceptum, [c] ut autor Inſtitutionum loquitur, potius ſpecies actionis ſunt, furto cohærentes, quam genera furtorum. Memorantur etiam a juris Juſtinianei collectoribus furtum prohibitum, non exhibitum.

Quid ratione furtorum in Germanico locum habere debeat criminali Caroli V. *conſtit. artic.* 159. *ſeqq.* traditum eſt: Alia tamen ſæpe in territoriis Germaniæ aut lege, aut conſuetudine [d] obtinent, atque

manifeſtos a Romanis ſtatuebatur, ut aliquod ſolertiæ, ex Lacaedemoniorum imitatione, redderent præmium, manifeſti autem fures ad quadruplum tenebantur. CONTIUS *ſubceſſiv. lect. lib. I. C.* 2. Apud nos ſub duplo & quadruplo continetur ſimplum, *conſtit. criminal. art.* 157. 158. quod apud Romanos aliter ſe habebat.

c *Si furtum lance licioque conceptum eſcit, atque uti manifeſtum vindicatur Leg. XII. tab. II. C.* 3. De modo inveſtigandi furtum per lancem & licium, quem etiam apud Græcos in uſu fuiſſe PETITUS ad L. L. A. A. teſtatur, variæ ſunt eruditorum conjecturæ. Vid. FESTUS in voc. *lance & licio* ALPINI epiſtola ad HUNGERUM *de furto per lancem & licium* concepto, quam VAN DEN VATER inſtitut. cum COSTAE, MURETI & MARCILII notis a ſe editis p. 641. ſeqq. adjecit. RAEVARDUS *ad LL. XII. tab. C. XXVI. p.* 111. *&* BALDUINUS ad easdem apud HEINECCIUM *tom. I. p.* 85. AVERRANIUS *interpretat. jur. lib. I. C.* 26. VAN DEN WATER *obſervat. jur. Roman. lib. I. C. I.* WIELING. *de hoc arg. C.* 4. HEINECCIUS *in antiquit. Roman. ad Inſtit. lib. IV. tit. I. §.* 13. *ſeqq.* ubi plures alios, qui circa hanc rem, Gellii jam tum tempore, obſcuram, explicandam occupati fuere, citat. Verior videtur ſententia, nudos, furta inveſtigaturos, pudenda licio texiſſe, &, ne cognoſcerentur, vultum larva occultaſſe. Lege Æbutia hic modus, furta ſcrutandi, deſiiſſe cenſetur. Conf. HOFFMANN *ad LL. XII. tab. p.* 161.

d *Conſtit. criminal. art.* 104.

atque ſanctiones quamplurimæ, ad caſus, in Carolinis conſtitutionibus non deciſos, ſpectantes, ibi promulgatæ ſunt. Robbariæ crimen patibulo, et ſi occiſio accedit, rota punitur.

Veteres Franci, quid in fures ſtatuerint, traditur *in pacto legis Salicæ tit. XXVII. pag. 52. 53.* apud ECCARDVM *Capitul. Dagoberti* apud BALVZIVM *tom. I. p. 118. & p. 1079.* ubi Childeberti legitur decretio, *Capitul. Caroli M. de anno 798.* apud eundem *loc. cit. p. 308.* Quid apud Longobardos in furtis, tam a liberis, quam ſervis commiſſis obtinuerit, reperitur *tom. I. ſcript. Ital.* MVRATORII *part. II. pag. 37. 38.* Iure antiquo Brunſuicenſi *artic. XXI.* apud LEIBNIZIVM *tom. III. ſcriptor. Brunſuic. pag. 435.* ſtatutum: *Svvelick def begrepen vvert daghes, eder nachts, dat ſchal me don met gherochte, ende ſchal ene vorebringen mit gherichte, unde mit derſelven have, der he ſeck undervvunden heft, ende ſchall eme uppe den rügge bunden vveſen, unde dat mede vorvvinden mit ſines enes hant.* Antiquæ *leges Goslarienſes* §. 44. apud LEIBNIZIVM *loc. cit. pag. 499.* furi

 ulti-

ultimum dictitant ſupplicium: *Wert en man geſchuldiget, umme düve, he vorlüſt den hals, unde nicht ſien gut, vvert he vore vluchtich, unde but ſin antvvorde to hant, dat ſchal me nemen, ne deyt he des nicht, ſo ſchal me eme vor veſten.*

Secundum Juticas leges, ſi res ablatæ pretium marcæ dimidium æquat, fur ſuſpendi poteſt: *Hefft de Deef ſo vele geſtolen, als einer halven Marck vvert is, edder mehr, ſo en de Vaget, ane Ordel unde Recht, hengen, unde verſundiget ſich nicht daran. Jütiſche Lovv-Buch* [e] *andere Bock C. LXXXIIX.*

Sueci diverſi generis furta, in diverſis perſonis, diverſo puniebant modo. In fures, ſi deprehenſi erant, ſententia hac ferali concipiebatur formula: *In furti reum, ſecuri, furca, defoſſione, vivo comburio animadverti poſſe, nec eo nomine vel heredi-*

[e] In gloſſa, marcæ dimidium eo tempore tres Sechsling, aut octodecim nummos continuiſſe, dicitur. Hinc EICHENBERG *in repertorio juris* ſub verbo Dieb affirmat, fures ob quatuor ſchillingos Lubecenſes patibuli pœna affici poſſe. Marca enim Danica ad octo ſchillingos Lubecenſes complectitur. *Jure Danico aulico art. II.* ſtatutum, ut fur ob Danicam marcam in furcam agi queat: *Su em ſom ſtiel til en Marck Däinſche pennige eller mere, hand henge de foro.*

redibus, vel eccleſiæ, vel regi ullam ſatisfactionem deberi.

Sufficiebat, ſi id, quod furto ablatum, dimidiæ marcæ quantitatem continebat. Hæc poena etiam poſt reviſionem juris, a Chriſtophoro rege factam, manſiſſe, & alicubi adhuc durare, dicitur. Foeminæ vero defoſſæ ſunt, ſi res furtiva ſuſpendio digna. Si vero minoris eſſet pretii, puta triente vel quadriente infra marcæ dimidium, cædebatur virgis, altera aure amputata, ſi nec tanti quidem, cædebatur tamen virgis, palo affixa. Vid. plura apud STIRNHOECK *de jure Sueonum pag. 367.* *f* Furti autem non manifeſti, id eſt ejus, quod negaretur quidem, ſed tamen judicis Nembda factum diceretur, poena capitalis non fuit, ſed præter reſtitutionem, poenæ pecuniariæ tantum, quantum in homicidio ſimplici, exigebantur. STIRNHOECK *loc. cit. pag. 373.* *g* De hodierna furum

 in

f In legibus provincialibus a LOCCENIO editis *tit. XIV. C. 6. p. 331.* hæc habentur: *Si quis furetur aurum, argentum, præſentem pecuniam, equum, veſtem, arma, vel quæcunque res furtiva ſit majoris, quam dimidiæ marcæ pretii, ſique in manifeſto furto deprehendatur, ligabitur, & in judicium deducetur, & re teſtata, ut ante dictum eſt, & ſententia in eum lata ſuſpendatur, nec locus mulctæ, nec confiſcationi bonorum erit.*

g *Si fur non capiatur in recenti facinore*

in Suecia poena agit LOCCENIVS *in ſynopſi juris ad leges Suecicas accommodata. diſſert. XXIV. § 6.* Recentioribus placitis conſtitutum, ut furti rei, ſi furtum notabilem aliquam complectatur quantitatem, aut ſæpe repetitum, aut violentum ſit, ad operas publicas, aut in perpetuum, aut ad certum tempus, pro ratione circumſtantiarum, condemnentur. Inter Suecos omni tempore nonnulli fuere eruditi, qui ſibi perſuaſum habuere, poenam capitalem non poſſe habere locum, ubi lex Moſaica eam non ingerit. Hanc hypotheſin falſam eſſe, docet GROTIVS *de jure belli & pacis lib. I. C. I. §. 16.*

Iure Ruſſico de furum poena ita traditum: *Vt fur pro primi ſui furti poena cadatur Knutis,* [b] *abſcindatur ejus auris ſiniſtra, & datis ejus bonis in perpetuum accuſatoribus, in carceres ad biennium tradatur, ex quibus numquam exeat, niſi com-*

nore, & tamen inſimuletur ejus, judicii territorialis Nemda vel abſolvet, vel damnabit eum. Si damnetur, refundet paterfamilias, quod debet & XL. Marcas tripartiendas: nec capite plectetur, nec mobilia ejus confiſcabuntur. Si abſolvatur; ſit abſolutus. Leg. prov. Sueciæ C. V. apud LOCCENIVM *p. 330.*

b Knuti ſunt flagri ictus, qui malefici, alicujus ex carnificibus inferioribus dorſo inhærentis, nudo infliguntur tergo. Vide plura de hoc puniendi modo in WEBERI *deſcript. Moſcoviæ, &* MEIERBERGI *obſervat. ſingular. ſtatut. Moſcovit. adjecta p. 236.*

compeditus ad labores, quo Tzar juſſerit, ducendus. Si quis ſecundum commiſerit furtum, cadatur iterum Knutis, *abſcindatur ejus auris dextra, & quadriennali carcere marceretur, procedatur in omnibus reliquis cum eo, quomodo de primo furto ſtatutum eſt. Fur autem, qui de tertio, vel quarto furto, vel pluribus convictus fuerit, mortis poenam luat, bonaque ejus accuſatoribus in perpetuum tradantur. Statut. Moſcovvit. Cap. XXI.* §. 13. apud MEIERBERG. *in append. ad itinerar. Moſcovvit.*

Curlandica ſtatuta §. 218. ſequenti modo fures plecti volunt: *Fures ſive nocturni, ſive diurni, peculatores hereditatum, res commodatas perfide ſubtrahentes ſuſpendantur. Hominum itaque nobilitatis, pecorumque ſubductores & abigei capite plectantur.*

Domeſtica furta ab iis, qui læſi victu & ſtipendiis utuntur, perpetrata, in electoratu Brunſuic. ſi non ſunt infra quinque unciales, quos ſpecie Thaler vocamus, aut edulia vel potulenta, non lucri cauſa ablata, & fur decimum octavum ætatis annum

abſol-

abſolverit, capite puniuntur. Neque juvat, quod ſit primum furtum, aut res abrepta reſtituta. *Conſtit.* GEORGII LVDOVICI *de anno 1709. 1710.* Ne autem quis legis ignorantia ſe excuſare poſſit, juſſum eſt, ut die dominica, quando cætui eccleſiaſtico explicatur evangelium de perfido adminiſtratore, ſive oeconomo, prælegatur. Vid. *conſtit.* GEORGII II. regum glorioſiſſimi de anno 1725. 1728.

In ducatu Brunſuicenſi, quoad punienda furta domeſtica, idem ex ANTONII VLRICI *conſtit.* de anno 1714. locum habet. [i] HENRICI IVLII *conſtit.* wegen ungetreuer Diener und Boten, de anno 1594. nuntium, aut tabellarium, qui viginti florenos furto ſubduxerit, in furcam agi, jubet. [k]

Equorum fures [l] in terris Brunſuicenſibus patibuli

[i] Si quid ex requiſitis, quæ hic eadem, ac in conſtit. elect. ſunt, deficit, condemnatio ad operas publicas, aut ergaſtulum, Zucht- oder Spinn-Haus obtinet.

[k] Ex lege Romana & Carolina domeſtici fures, & tabellarii, nuntiique, furtum committentes, arbitrarie ſunt puniendi.

[l] Quid Romani in equorum aliorumque pecorum abactores ſtatuerint, vid. apud THOMASIVM *in diſſert. de hoc argumento*, & MATTH. *de criminibus*. Apud veteres Saxones equorum furta ultimo luebantur ſupplicio. *Qui caballum furaverit, capite puniatur. L. Saxon.* apud LEIBNIT. *in ſcript. Brunſv. tom. I. p. 79.* In vita Ludgeri apud eundem

Digitized by Google

buli poena plectuntur, licet ſit primum furtum, equus abductus minoris pretii, imo reſtitutus. Hoc GEORGII WILHELMI *conſtit.* de anno 1698. & RVDOLPHI AVGVSTI de anno 1695. ſancitum eſt. Neque in hoc furto requiritur, ut fur, reſte ſuffocandus, ob præcedens aliquod furtum, quod alias in terris Brunſuicenſ. elector. regulariter in furtis ſimplicibus, *m* ex *conſtit.* GEORGII regis de anno 1722. requiritur, ſit punitus. *

Rapina, ſive vis bonorum raptorum, penes Romanos aliquando damnatione in metalla, plerumque vero, ut delictum privatum, quadruplo, ſub quo continebatur ſimplum, luebatur. Quare autem in furto manifeſto totum quadruplum poena fuerit, non autem in vi bonorum raptorum, ab interpretibus non ſatis idonea reddi poteſt ratio. Hodie, licet res

eundem *loc. cit. pag.* 97. exemplum eſt, ubi juvenis *propter furtum caballorum*: WIDEKINDI *Saxonum* ducis necatus a St. Ludgero ad vitam reductus dicitur. Apud LINDENBROGIVM *in codice LL. antiquarum* Theodorici edict. §. LXI. traditur: *Abactor animalium, vel gregum atque pecorum, ſive de ſtabulis, ſive de paſcuis gladio puniatur & in quadruplum amittentis damno de ejus ſubſtantia conſulatur.*

m Quod autem ad furtum qualificatum attinet, etiam primo furto delinquens, patibuli pœna eſt afficiendus. Vid. reſcriptum GEORGII *M. B. R. de anno* 1737. *in collect. conſtit. elect. part. II. p.* 890.

* Alibi hoc ex interpretat. obſervari ſolet.

vi ablata minimi ſit pretii, & reſtituta, raptor capite truncatur. n *Conſtit. Criminal. art.* 126.

Conſtantini Magni rigor in puniendis adulteriis non ubique obſervatur. Hic princeps in adulterium, ſi aliena materfamilias adulterio eſſet pellecta, mortis poenam decrevit: Juſtinianus autem foeminam adulteram, habitu monaſtico induendam, & in perpetuum monaſterio mancipandam o præcepit.

De ſeverioribus gentium quarundam, quæ Suecis parent, adulterii poenis, vid. STIERNHOECK *de jure Sueonum lib. II. p.* 323. *ſeqq.* Quid in adulteras apud veteres Germanos licitum fuerit, TACITUS *in Germania C.* 19. memorat. Franci adulteria capite punire non ſolebant. *Capitul. reg. Franc. tit. VII.* apud BALUZIUM *tom. I. p.* 114. Peculiare eſt, quod *tit. XXIX. leg. Salicæ* §. 6. habetur. In

n In Gallia Franciſci I. ſequens promulgata conſtitutio: *Ordonons, que tous ceux & celles, qui dorenevant ſont trouves coupables de delicts, crime & malefice de volerie, & qui en auront deuement été atteins & convaineus par juſtice, ſoyent punis, a ſavoir, que les bras leur ſeront briſes, & rompus en deux endroits, tant haut, que bas avec les jurrets, jambes & cuiſſes, & mis ſur une rouë haut plantée, & enleves le viſage contre le ciel, ou ils demeureront vivans pour faire penitence, tant & ſi long tems, qu'il plaira a notre Seigneur. Code de Henry IV. lib. XXX. tit.* 27. In Polonia rapinæ rei ultimum pati debent ſupplicium, etiamſi ſint nobiles. Hoc a Caſimiro III. in conventu Petrocovienſi anno 1447. conſtitutum. Non tamen delicta extraordinaria & petulantia cum rapina ſunt confundenda. Vid. THOMASII Juriſtiſche Händel *part. II. p.* 35. *ſeqq.*

o In Henrici IV. Galliæ regis codice *lib. XXX. tit.* 24. hæc leguntur. Ex Baſilicis, interpret. CUIACIO, *les femmes adulteres ayant été fuſtigées & tonduës, le né leur eſt coupé, & les meſſagers d'amour & maqueraux, & qui ont donné aide a la dite mechanieté, apres avoir été fuſtigés, & leurs barbes & cheveux raſéz forbannis.*

Digitized by Google

In permultis Germaniæ locis, capitis poena in hoc delictum hodie non ſtatuitur. Vid. STRYCK. *in U. M. ff. tit. ad L. Iul. de adulteriis.* Severior eſt IVLII ducis Brunſuic. *conſtit.* de anno 1593. quæ etiam ſolutum, cum conjugata rem habentem, ferro punit: Sed ſæpe hic juri aggratiandi locus fuit. *Ex ordinat. politic. Cellenſi C. 6.* adulterium duplicatum ultimo ſupplicio eſt puniendum, ſolutus adulter autem cum conjugata, aut conjugatus cum ſoluta rem habentes, ſolutus & ſoluta relegantur, conjugatus autem & conjugata, virgis cæſi in perpetuum territorio pelluntur. Non deſunt exempla, haſce poenas, ſi perſonæ, honeſtioris antea vitæ, carnis delictorum compertæ fuerint, in mulctas transmutatas eſſe.

De jurisdictione, judiciis, & modis procedendi in foris Germaniæ receptis, nihil addo, utpote cujus tractationis compendium volumini, de variis modis & ritibus, ruſtica Germaniæ judicia celebrandi, deſtinavi prooemium: Specimina tantum quædam amoenitatum & utilitatum juris Germanici, additis, illuſtrationis cauſa, quandoque juris Romani, aliisque exotici placitis, præmittere decrevi.

Cumque circa themata de jure perſonarum paululum prolixior fuerim, circa reliqua prologi capita citius vela contrahere, & diſcurſui huic finem imponere, coactus fui, ne præfationis limites plane excederem.

*** *** ***

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITVM.

Cap. I.	De ſtatu ruſticorum.	pag. 1.
Cap. II.	De ruſticorum poſſeſſionibus.	59.
Cap. III.	De ruſticorum præſtationibus.	95.
Cap. IV.	De ruſticorum patrimonio.	203.
Cap. V.	De ruſticorum conventionibus.	245.
Cap. VI.	De ruſticorum delictis.	269.
Cap. VII.	De privilegiis ruſticorum.	289.
Cap. VIII.	De judiciis ruſticorum.	303.

CAP.

Digitized by Google

CAP. I.

DE

STATV RVSTICORVM.

Germani pedetentim in Romanorum mores, tandem quoque leges conceſſere. Romanorum dominationis arcana. Majores noſtri dominatus impatientes. Quando Romanorum leges in Germaniam tranſire cœperint? Quinam apud Romanos ad colendum rus adhibiti ſint? Quid Græcos Romanosque induxerit, ut ab agriculturæ ſtudio diſceſſerint? Per quos Germani agros pertractaverint? De uſu ſervorum apud Francos & alias Germaniæ gentes. De wildfangis. De diſtinctis miniſterialium generibus. Coloni miniſteriales. Miniſteriales nobiles. De latis. Quid aldiones Italis & liuddi Francis ſignificaverint. De maſnadis, maſſaritiis & manentibus. De ſervis eccleſiaſticis. Germanorum ſervi non ſine ærumnis erant. De modis, quibus ſervi libertatem impetrabant. Quando apud Germanos ſervitus proprie dicta deſierit. De hominum propriorum ſorte. Homo proprius præſumitur, qui ſervili adhæret prædio. De modis, quibus hominis proprii qualitas amittitur. De varia ruſticorum conditione.

Digitized by Google

§. I.

Poſtquam faſces & ſecures inter Rhenum Albimque viſi ſunt *a* Germani, ad Romanorum artes, non ut par erat, perſpicaces, a rectitudine & ſimplicitate morum patriorum paulatim ſeducti, in Romanorum inſtituta, ad genium gentis noſtræ parum quadrantia, tandem & leges conceſſere. Quo factum, ut ea, quæ ex ritibus ſanctionibusque majorum ſervarunt, in Quiritum placita componere, vel ut rectius dicam, detorquere, aut ad ea exigere, allaboraverint; unde illa in gente noſtra morum legumque mira farrago.

§. II.

a Debellatas inter Albim Rhenumque dicere gentes, ut fuit in monumentis Marti, Jovi & Auguſto a Germanico ſacratis TACIT. *lib. 2. annal. C. 22.* a veritate alienum. Nam Druſus, & Germanicus ne quidem tranſire Albim auſi TACIT. *lib. 2. annal. C. 14.* quando Arminius invictus, quando nulla adhuc pars Germaniæ inter Rhenum & Viſurgim in provinciæ formam redacta. Et quantum terrarum gentiumque reſtabat, aut bello intactum, aut viſum nunquam a Romanis. SCHATEN. *hiſtor. Weſtph. Lib. 2. pag. 88.* Etenim ipſe Tacitus, ſuperbam illam inſcriptionem parum ex vero traxiſſe fatetur, cum Arminium, Cheruſcorum ducem, ſequentem in modum laudibus veneratur: *Dolo propinquorum cecidit, liberator haud dubie Germaniæ, & qui non primordia populi Romani, ſicut alii reges, duceſque, ſed florentiſſimum imperium laceſſierit, præliis ambiguus, bello non victus.* Hujus argumenti ſunt, quæ apud FLORVM *L. IV. C. 12.* referuntur: *Quippe Germani*, inquit, *victi magis quam domiti erant: moreſque noſtros magis quam arma ſub Imperatore Druſo ſuſpiciebant.*

Digitized by Google

§. II.

Suſpicor, majores noſtros, TACITO *Germ. C.* 22. aſſerente, gentem non aſtutam nec callidam, potiſſimum dictos, quia ad Romanorum arcana, aut potius flagitia dominationis hebeſcebant. Hinc Tiberius in epiſtola ad Germanicum, apud TACIT. *L.* 7. *ann. C.* 26, ſe novies a divo Auguſto in Germaniam miſſum, plus conſilio, quam armis effeciſſe, monet. *Confer.* MACHIAVELLVS *L.* 2. *diſcurs. C.* 13. *p.* 138. *oper. edition. Venet.* Alias enim & illos aſtutia aliqua valuiſſe, ex ipſo TACITO *Lib.* 2. *ann. C.* 40. apparet. Vid. & *L.* 2. *Cap.* 11. *annal. Tacit.* Romani inter artes habebant, gentem, quam aut devicerant, aut cum qua belli paciſque negotia pertractabant, in ſuos efformare mores, ſuæque aſveſcere linguæ, voluptatibus objicere, quibus Romani plus adverſus ſubjectos, quam armis valebant, ut ita pedetentim hiſce iuſtrumentis ſubeundæ ſervituti aptarentur. Plerumque populos, quos armis laceſſebant, ſi non animo, genere pugnæ tamen, & armorum ſuperabant. TACIT. *ann. L.* 2. *C.* 21. *non loricam, ait, Germano, non galeam; ne ſcuta quidem ferro nervove firmata, ſed viminum textus, vel tenuis & fucatas colore tabulas* TACIT. *annal. lib.* 2 *C.* 14. a Alias victores ad gentis, viribus opibusque validiſſi-

a Videntur tamen hæc Taciti verba, ad aliquas tantum German. gentium reſtringenda: PLVTARCHVS *in Mario*, de Cimbrorum clade, qua eos Marius afficiebat, loquens, ait: *Equites, quorum numero, quinque & decem millia erant, fulgentibus armis equis inſederant. Nam galeas*

lidiſſimæ, cui facile deinde inferiores eſſe poſſunt, ut ejus ſibi favorem concilient & obſequium, mores effingere ſolent; quod Hiſtoricorum nonnulli, arcana dominationis non æque penſitantes, Alexandro magno vitio vertunt. *Confer.* MACHIAVELLI *princeps C.* 4. Atque nobiles opibus & honoribus extollunt, militem donis, populum anona, cunctos dulcedine otii pelliciunt, qui deinde, novis ex rebus aucti, tuta & præſentia, quam vetera & periculoſa malunt. TACIT. *annal. L.* 1. *c.* 2. Vid. epiſtolam Mariæ Mediceæ apud GRAMONDVM *in hiſtor. Galliæ p.* 43. Nec hujus modi ſubſidia dominationis Romani omittebant. Flavius, Arminio fratri, amiſſi per vulnus oculi quodnam præmium recepiſſet, interroganti, aucta ſtipendia, torquem & coronam, aliaque militaria dona memorat, inridente Cheruſcorum principe, vilia ſervitii pretia. TACIT. *annal. lib.* 2. *c.* 9. Alios civitate Romana, aut ſociorum titulo, fallentibus ſervitutis operculis donabant. TACITVS *lib.* 2. *annal. C.* 58.

§. III.

Majores noſtri, dominatum cum libertate ſtare non poſſe, rati, vide *orationem ferociſſimi ex legatis Tencterorum apud* TACITVM *lib. IV. hiſt. c.* 64. in tanto illum habuerunt odio

galeas ornatas horrendis bſtantium animalium, quas, quia criſtis pennatis faſtigiabant, videbantur altiores etiam thoracibus ferreis, ſcutisque albis protecti multo ſplendore fulgebant. Vide HERTIVM *in notitia veter. German. popul.*

odio, ut etiam Arminius, tot in gentem ſuam meritis inclytus, regnum adfectans, dolo propinquorum ceciderit. Imo ex nimio libertatis ſtudio vitium, quod non ſimul, nec juſſi convenerint, ſed & alter & tertius dies cunctatione coeuntium abſumtus fuerit. TACIT. *German. C. XII.* A moribus illis genti, quæ nunquam alias totam pati potuit ſervitutem, diſcedere placuit, ita ut hodie ex ſimplicitate vitium duceretur, in ſola Bavaria dominatum *a* quærere.

§. IV.

Leges Romanas vincula dominationis, & non raro aliquid ex iniquo trahentes, Germaniæ tribunalia XIV. aut XV. demum ſeculo cumulatius recepiſſe eruditiores docent. *a*

 Interim

a In dominatu locum habent, quæ MACHIAVELLVS c. 4. de principe profert, *i principati de quali ſi ha memoria, ſi trovano governati in doi modi diverſi: o per un Principe & tutti li altri ſervi &c. Conf.* THOMAS. *diſſert. de hominib. propriis*, quam conſcriptam conjicio, non tam ut ſtatum eorum, qui hominum propriorum nomine veniunt, ſed potius, ut maximam hominum partem ad illorum ſortem & indolem hodie regi, oſtenderet. Scrutare jam ſpeciales Germaniæ reſpublicas, & inveſtiga, an non pleræque ad dominatum, quem Hobbius Anglis, patriæ libertatis tenaciſſimis, ſuadere in vanum annifus eſt, quaſi in patrimonio imperantis eſſent, proprius accedant. Reliqua haud dubie ſupereſſe dixeris vetuſtæ libertatis ſimulacra, vanaque nomina. Boni tamen civis eſt, ut præſenti rerum ſit contentus ſtatu. Privata incommoda ſæpe publicis penſantur utilitatibus, & ſubditis ſola obſequii gloria eſt relicta. Nec imperium, quod ſemel ſubierunt, excutere fas eſt. Etenim nemo jure, cui renunciavit expreſſe aut tacite, uti poteſt. GROT. *de jur. belli & pacis L. 1. C. 3. §. VIII. ſeqq.*

a Immo STRVVIUS *in hiſtoria juris c. VI. §. 39.* ** evincere nititur, jam tum ſeculo XIII. in cauſis decidendis ad jus civile romanum Germanos confugiſſe. Jung. HERT. *de conſult. legib. & judic. §. 14.* Quod autem

Interim jam tum diu ante non pauca Romanorum ſancita legibus Germanorum infarcta eſſe, ex codicibus LL. antiquarum manifeſtum eſt. TACITI illud *in Germania C.* 19. *apud Germanos* boni mores plus, quam alibi leges valent, reſpicit haud dubie ad ſcriptas leges, quas Germani tum temporis non habuerunt, aut tamen infrequentes. Vid. *annotat. meas ad* TACITI *c. C. tom. V. Conringianor. p.* 297. Ceteroquin non male putaveris, in noſtra gente populi juſſa extitiſſe, ex Reipublicæ videlicet indole, quæ deinde magnam partem peregrinis legibus corrupta, aut patriis ejecta ſunt laribus. Veterum germaniæ rerum publ. pleræque erant democraticæ. Hinc legum condendarum facultas erat apud populum *b* TACITVS *in Germania c. II.*

§. V.

Rem ruralem noſtratium, ſervorumque ſortem ex Romanis aliquid hauſiſſe, nemo facile inficias ibit. Romanorum

autem cum chriſtiana religione uſus cod. Theodoſ. in Germaniam ſit delatus, ut aſſerit dom. de LVDWIG. *in comment. ad A. B.* valde dubium eſt.

b Negari non poteſt, ut diverſa iſta in unum conſarcinarentur chaos, JConſultorum ad ſimplicitatem Germanicam nauſeantium inconſultæ ſolertiæ, contemnendoque faſtui, nummorumque ſæpe cupiditati, non minimas fuiſſe partes. Vnde fit, ut, maximo reipubl. noſtræ malo, hodie plerumque in rebus patriis, Romanis ritibus opinionibusque incruſtatis, balbutiamus. Hoc haud dubie Friderico III. anſam præbuit, de illo iterum ex Germaniæ foris propellendo, conſtit. condendi. *Reformatio Friderici tertii imper. de ann.* 1441. apud GOLDAST. *part. I.* die Reichs-Satzungen HYPPOLITVS A LAPIDE *in præfat. libri de rat. ſtat. imper. German.* ſed res proſpero caruit ſucceſſu. Conf. B. CHRISTOPHORI IOANN. CONRADI ENGELBRECHT. *de cauſis impediti hactenus felicis ſucceſſ. tentatæ in Germ. emendat. adminiſtrat. juſtitiæ.*

norum agri *a* curabantur aut per ruſticanos, qui proprios agros *b* colebant, aut mancipia *c* quæ glebæ adſcripta erant, & cum fundo tranſibant, devota arâtris & raſtris, ut CLAVDIANVS *l.* 2. *in Entropium* loquitur. Dicebantur etiam operarii & coloni *d* ob annnam penſionem, quam domino pendebant. *e* Eisque villicus, *f* cum agricultura Romanis opulentioribus & in luce viventibus fœtere cœpiſſet, præficiebatur.

§. VI.

a Grachus legem tulit, ne quis in Italia amplius, quam ducenta jugera poſſideret. Intelligebat enim contra jus eſſe, majorem modum poſſidere, quam qui ab ipſo poſſidente coli poſſet. De diviſione agrorum Romanorum vid. SICVLVM FLACCVM *in vol. ſcript. rei agrariæ p.* 3. ubi *p.* 329. rei agrariæ leges variæ habentur.

b PEREZ *ad tit. C. ut ruſticani ad nullum obſequium devocentur.*

c Romanorum mancipia urbana erant aut ruſtica, vel ex utrisque aliquid habebant, *l.* 99. *ff. de legatis* 3. CVIACIVS *ad Novell.* 6. PIGNORIVS *de ſervis p.* 33. 34. De modis, quibus ſervitus apud Romanos conſtituebatur vid. HEINEC. *antiquit. roman. lib. I.* De Græcorum ſervis, qui ſæpius mollius habebantur ATHEN. *deipnoſoph. lib. VI. pag.* 263. *ſeqq.* agit.

d PEREZ *ad tit. C. de agric. & mancipiis dominic.* Erant autem aut homologi, qui, ſe ex pactione dedentes, in hanc conditionem venerant & recepti fuerunt, ut vicis & fundis adſtringerentur. IACOB GOTHOFRED. *ad lib. XI. cod. Theodoſ. Vol. IV. p.* 178. aut originales, qui in fundis & mancipio nati, nec ſeparatim donari aut vendi potuerunt, neque privatum pactum hic aliquid operabatur, *cod. Theod. lib. XIII. tit. X. t. V. p.* 118. *apud.* IACOB. GOTHOFR.

e Colebatur ſæpe etiam per cenſus homines ſeu tributarios, qui pro poſſeſſione, quam tenebant, cenſum dominis præſtabant, & libere a poſſeſſione ſua abire, & jus ſuum, permittentibus dominis, vendere potuerunt, perſoluto laudemio, & ſalvo dominis prælationis jure. PEREZ. *ad tit. C. lib. XI. tit.* 47. *de agricol. & cenſib. & colonis.*

f Villicus a villa, cui præeſt. Hic a magiſtro pecoris, ut & monitore aliqua ex parte diſtinctus, dominimomine familiam ruſticam regebat. VARRO *de re ruſtic. lib. I. p.* 57. *in vol. aut. veter. de re ruſt.* Unde vice-dominus aliquando in actis S. S. Herei & Aeluſlei dictus. PIGNO-

§. VI.

A Græcis, æque ac Latinis ſcriptoribus agricultura & vita ruſtica, multis effertur laudibus. Vid. autor. citat. a GRYPHIANDRO *in œconomia legali lib. II. C. XVII. p.* 458. Attamen poſtquam mollities utramque gentem & affluentia invaſerit, ad agreſtem nauſeare cœperunt vitam. Luxum Romanorum mores admodum corrupiſſe VELLEI. PATERC. TACIT. aliique teſtantur. Ex quo & matronæ quoque, quæ abſentibus olim maritis, militiæ aut aliorum reipubl. negotiorum cauſa, rem familiarem curabant, ad ruſticas illas ſollicitudines frigere cœperunt. *a*

§. VII.

GNORIVS *de ſervis p.* 261. *Plura vide apud* COLVMELLAM *de re ruſtica lib. XI. p.* 415. *Caton. de re ruſtica c.* 5. *& c.* 142. Habebant & villicam, quæ curabat pecora; & ſalgama, præſertim ubi non aderant horum peculiares miniſtri. PIGNORIVS *l. c. p.* 262. Compendium legum villicationum, œconomiæ romanæ convenientium, CONRADVS HERESBACH conſiliarius ducis Cliviæ *libr. de re ruſtica* addidit.

a Merentur, quæ COLVMELLA *Vid. re ruſtica lib. XII. p.* 448. habet, hic adſcribi. *Nam & apud Græcos & mox apud Romanos*, inquit, *usque in patrum noſtrorum memoriam fere domeſticus labor matronalis fuit, tanquam ad requiem forenſium exercitationum omni cura depoſita, patribus familias intra domeſticos penates ſe recipientibus: erat enim ſumma reverentia cum concordia & diligentia mixta, flagrabatque mulier pulcherrima diligentiæ æmulatione, ſtudens negotia viri cura ſua majora atque meliora reddere. Nihil conſpiciebatur in domo dividuum, nihil quod aut maritus, aut fœmina proprium eſſe juris ſui diceretur, ſed in commune conſpirabatur ab utroque, ut cum forenſibus negotiis, matronalis ſedulitas induſtriæ rationem parem faceret, itaque nec villici aut villicæ magna erat opera, cum ipſi domini quotidie negotia ſua reviſerent, atque adminiſtrarent. Nunc vero ſic luxu & inertia defluunt, ut ne lanificii quidem curam ſuſcipere dignentur,*

ſed

§. VII.

Sed linqamus Romana; Germanica nobis in meta ſunt. Germani tam per ſe quam per ſervos *a* qui proprii homines deinde dicti ſunt, *b* agrum tractabant. Germanos liberæ conditionis quoque agros ſubegiſſe, extra dubium pono, nec

ſed domi ſedentes confectas veſtes faſtidio habeant, perverſaque cupidine pretioſiores a viris pelliceant, quæ grandi pecunia & totis pene cenſibus redimuntur, nihil mirum eſt, easdem ruris & inſtrumentorum agreſtium cura gravari, ſordidiſſimumque negotium ducere, paucorum dierum tempus in villa morari. Quam ob cauſam cum in totum non ſolum exoleverit, ſed etiam occiderit vetus ille matrum familiarum mos Sabinarum atque Romanorum, neceſſaria irrepſit villicæ cura, quæ tueretur officia matronæ, quoniam & villici ſucceſſerunt in locum dominorum, qui quondam priſca conſuetudine non ſolum coluerunt, ſed & habitaverunt rura. Vtinam in Germania, maritis merito conſortia rerum ſecundarum adverſarumque, a perverſis hiſce Romanorum moribus penitus exularent. Rectiſſime ſe haberent res Germanorum domeſticæ, ſi ea quæ TACITVS *in Germania c. 25.* memoriæ prodit, ſalva forent, *ut domus officia uxor ac liberi exſequerentur;* Sed ab illa majorum gloria deſciverunt, poſtquam & vita penes nos riſa ſunt, & corrumpere & corrumpi ſeculum vocatum.

a Non quidem arbitror, TACITI tempore nulla ex Germanis potiores in ædibus domeſtica habuiſſe mancipia. Quod enim *c. 25.* habetur: *ceteris ſervis*, id eſt, qui non alea libertatem amiſerunt, *non in noſtrum morem, deſcriptis per familiam, miniſteriis utuntur, ſuam quisque ſedem, ſuos penates regit*, oſtendit ſaltem, Germanos non tantam mancipiorum, ad oſtentationem & luxuriam magis, quam neceſſitatem, variis officiis domeſticis, *de quib. l. 15. ff. de uſufr. & Pignor. de ſervis agunt*, diſtinctam, ad inſtar Romanorum, aluiſſe multitudinem: ſed unum aut alterum ſervum corporis curæ aut domeſticis officiis deſtinatum, ipſis ſuffeciſſe. Quam vellem, ut iſta modeſtia in gente noſtra adhuc duraret. Imo ad minimum ſervos, quos ex aleæ victoria habebant domeſticis curis, usquedum illos per commercia tradiderant, adhibuiſſe, vero ſimile eſt.

b Non demum ſervorum ſtrictioris nexus originem ad tempora Clodovæi, ex quo ille Alemanniam, poſt

Digitized by Google

§. VI.

A Græcis, æque ac Latinis ſcriptoribus agricultura & vita ruſtica, multis effertur laudibus. Vid. autor. citat. a GRYPHIANDRO *in œconomia legali lib. II. C. XVII. p.* 458. Attamen poſtquam mollities utramque gentem & affluentia invaſerit, ad agreſtem nauſeare cœperunt vitam. Luxum Romanorum mores admodum corrupiſſe VELLEI. PATERC. TACIT. aliique teſtantur. Ex quo & matronæ quoque, quæ abſentibus olim maritis, militiæ aut aliorum reipubl. negotiorum cauſa, rem familiarem curabant, ad ruſticas illas ſollicitudines frigere cœperunt. *a*

§. VII.

GNORIVS *de ſervis p.* 261. *Plura vide apud* COLVMELLAM *de re ruſtica lib. XI. p.* 415. *Caton. de re ruſtica c.* 5. *& c.* 142. Habebant & villicam, quæ curabat pecora; & ſalgama, præſertim ubi non aderant horum peculiares miniſtri. PIGNORIVS *l. c. p.* 262. Compendium legum villicationum, œconomiæ romanæ convenientium, CONRADVS HERESBACH conſiliarius ducis Cliviæ *libr. de re ruſtica* addidit.

a Merentur, quæ COLVMELLA *de re ruſtica lib. XII. p.* 448. habet, hic adſcribi. *Nam & apud Græcos & mox apud Romanos*, inquit, *usque in patrum noſtrorum memoriam fere domeſticus labor matronalis fuit, tanquam ad requiem forenſium exercitationum omni cura depoſita, patribus familias intra domeſticos penates ſe recipientibus: erat enim ſumma reverentia cum concordia & diligentia miſta, flagrabatque mulier pulcherrima diligentiæ æmulatione, ſtudens negotia viri cura ſua majora atque meliora reddere. Nihil conſpiciebatur in domo dividuum, nihil quod aut maritus, aut fœmina proprium eſſe juris ſui diceretur, ſed in commune conſpirabatur ab utroque, ut cum forenſibus negotiis, matronalis ſedulitas induſtriæ rationem parem faceret, itaque nec villici aut villicæ magna erat opera, cum ipſi domini quotidie negotia ſua reviſerent, atque adminiſtrarent. Nunc vero ſic luxu & inertia defluant, ut ne lanificii quidem curam ſuſcipere dignentur, ſed*

§. VII.

Sed linqamus Romana; Germanica nobis in meta ſunt. Germani tam per ſe quam per ſervos *a* qui proprii homines deinde dicti ſunt, *b* agrum tractabant. Germanos liberæ conditionis quoque agros ſubegiſſe, extra dubium pono, nec

ſed domi ſedentes confectas veſtes faſtidio habeant, perverſaque cupidine pretioſiores a viris pelliceant, quæ grandi pecunia & totis pene cenſibus redimuntur, nihil mirum eſt, easdem ruris & inſtrumentorum agreſtium cura gravari, ſordidiſſimumque negotium ducere, paucorum dierum tempus in villa morari. Quam ob cauſam non in totum non ſolum exoleverit, ſed etiam occiderit vetus ille matrum familiarum mos Sabinarum atque Romanarum, neceſſaria irrepſit villicæ cura, quæ tueretur officia matronæ, quoniam & villici ſucceſſerunt in locum dominorum, qui quondam priſca conſuetudine non ſolum coluerunt, ſed & habitaverunt rura. Vtinam in Germania, maritis merito conſortia rerum ſecundarum adverſarumque, a perverſis hiſce Romanorum moribus penitus exularent. Rectiſſime ſe haberent res Germanorum domeſticæ, ſi ea quæ TACITVS *in Germania c. 25.* memoriæ prodit, ſalva forent, *ut domus officia uxor ac liberi exſequerentur;* Sed ab illa majorum gloria deſciverunt, poſtquam & vit a penes nos riſa ſunt, & corrumpere & corrumpi ſeculum vocatum.

a Non quidem arbitror, TACITI tempore nulla ex Germanis potiores in ædibus domeſtica habuiſſe mancipia. Quod enim *c.* 25. habetur: *ceteris ſervis*, id eſt, qui non alea libertatem amiſerant, *non in noſtrum morem, deſcriptis per familiam, miniſteriis utuntur, ſuam quisque ſedem, ſuos penates regit*, oſtendit ſaltem, Germanos non tantam mancipiorum, ad oſtentationem & luxuriam magis, quam neceſſitatem, variis officiis domeſticis, *de quib. l. 15. ff. de uſurfr. & Pignor. de ſervis agunt*, diſtinctam, ad inſtar Romanorum, aluiſſe multitudinem: ſed unum aut alterum ſervum corporis curæ aut domeſticis officiis deſtinatum, ipſis ſuffeciſſe. Quam vellem, ut iſta modeſtia in gente noſtra adhuc duraret. Imo ad minimum ſervos, quos ex aleæ victoria habebant domeſticis curis, usquedum illos per commercia tradiderant, adhibuiſſe, vero ſimile eſt.

b Non demum ſervorum ſtrictioris nexus originem ad tempora Clodovæi, ex quo ille Alemanniam, poſt

Digitized by Google

nec vero ſimile, illud, ut muliebre exercitium, plane ſpreviſſe. Nam quod TACITVS in Germania c. 15. habet: *Curam agrorum fœminis ſenibusque eſſe delegatam, infirmiſſimoque cuique de familia*, curas illas minoris momenti, videlicet, ne forte fruges pecoribus in paſtum cederent, aliaque hujus generis complexum eſſe; atque illud CAESARIS *de bello Gallico lib.* 6. *c.* 22. *agriculturæ non ſtudent*, de agriculatione ad Romanorum modum artificiali, in voluptatem magis, quam utilitatem, intelligendum puto, cui ſententiæ ſubſcribit Dom. ESTOR *in tract. de miniſt. c.* 11. *p.* 2. Etenim ex eo *quod* TACITVS *C.* 14. habet, *nec arare terram, aut expectare annum tam facile perſuaſeris, quam vocare hoſtes & vulnera mereri*, manum ſtivæ admoviſſe, libentius autem arma tractaſſe, conſtat. Deinde uxor erat laborum periculorumque ſocia TACIT. *l. c. c.* 18. Imo ipſe TACITVS ſententiam noſtram *l. c. c.* 26. confirmat. *Arva per annos mutant,*

poſt victoriam ad Tolbiacum, in provinciæ Francicæ formam redegit, referendum puto, ut faciunt, VADIANVS *lib.* 4. *c.* 27. *fol.* 244. VRSTISIVS *Baſil. chron. lib.* 2. *c.* 5. *fol.* 82. STVMFII *chron. Helv. lib.* 4. *c.* 27. *fol.* 244. HEIDERVS *in apologia Lindavienſi p.* 507. Vide *etiam* BALTHASAR. *tit. IV. reſolut.* 1. *n.* 2. LEHMAN. *chron. Spirenſ. lib.* 2. *c.* 20. Sed potius a Germanicarum rerumpubl. primordiis, ubi captivitates, aleæ vel potius taxillorum luſus, & pactitiæ ſervitutes cœpere, repeti debere, arbitror. Non enim homines proprios a ſervis diverſos puto, licet facile, ſervilem in Germania ſtatum viciſſitudinibus obnoxium, & jam ſtrictiorem, jam remiſſiorem fuiſſe, concedam; & ut rectum & defecatum ferri queat judicium, tempora & diverſas periodos probè eſſe diſtinguendas. Atque cum hoc ab illis, qui de Germanicorum ſervorum conditione aliquid memoriæ mandarunt, non raro neglectum ſit, tot reor irrepſiſſe errores. Argumentum hoc erudite pertractat Dn. POTGIESSERVS *in comment. de ſervis.*

Digitized by Google

tant, & ſupereſt ager, nec enim cum ubertate & amplitudine ſoli labore contendunt, ut pomaria conſerant, & prata ſeparent, & hortos rigent, ſola terræ ſeges imperatur.

§. VIII.

Francorum ævo & poſt ſervi *a* in miniſteriales & colonos diſtinguebantur, illi ex nobilibus æque ac ignobilibus conſtabant. Liti libertorum vicem expleviſſe videntur. Et cum penes Teutones liberti non multum ſupra ſervos erant, ſæpe litum in ſervi ſynonimon in medii ævi monimentis, adhibitum eſſe, arbitror.

a Servi in veteribus legibus & chartis dicuntur quoque homines. Vide *regale præceptum Pipini apud* HEDAM *in hiſtoria Vltrajectina p. 35.* In diplomate Otton. II. de anno 987. quo eccleſiæ Mariæ & Lamberti Leod. anteceſſorum donationes confirmat, & abbatiam Gemblur. donat, habetur: *Talemque loco illi cætera Leodienſis Epiſcopus tutorem & advocatum præficiat, ſub quo res & homines defendantur* In diplomate Henrici II. quo itidem epiſcopo Leodienſi donationes confirmantur, reperitur: *Cum omnibus rebus vel hominibus ad ſe pertinentibus*, CHAPPEAPHILL. *in geſt. pontific. Tungrenſium, Trajectenſium, & Leodienſium T. I. p. 212.* Vide & *legem Ripuariorum 8, 9, 10, apud* BALVZIVM *tom. I. p. 30. Capitulare Car. Calvi §. 5. apud eundem tom. 2. p. 211. Leg. 18. §. 2. & 62. Dagoberti §. 1. & 2. cap. 5. tit. 151. c. 15.* Diploma Lotharii I. quo monaſterio Farfenſi jura & privilegia confirmat, tom. II. ſcriptor. Ital. p. 304. Imo, ut verum fatear, vocabulum hominis generale erat, & tam liberos quam ſervos includebat. *Capitul. lib. 2. §. 41. apud* BALVZ. *tom. I. p. 749. Quia ergo conſtat, in eccleſia diverſarum conditionum homines eſſe, ut ſint nobiles, & ignobiles ſervi, coloni, inquilini &c.* Suſpicor, hic ſervum denotare mancipium domeſticum; colono aut homini fiſcalino vel eccleſiaſtico contradiſtinctum, uti & aliis in locis accipi ſolet *vid. Capitul. Carl. M. de ao. 803. c. 15. Conferatur quoque* VADIANVS *apud* GOLDAST. *tom. 3. R. ALEM. p. 75. &* BALVZ. *in notis ad Capitular. tom. 2. p. 989.* Sæpiſſime

§. IX.

Et ut mancipia rectius a vaſallis diſtinguerentur, illa homines deinde proprii dicta. Alia etiam poſtmodum exorta ſunt nomina, aut idem, aut ſimile quid ſignificantia. Wildfangiorum vocabulum huc trahunt; licet in præfatione vindiciarum, a fœdere junctis electoribus, principibus ſtatibusque, Palatino Wildfangiatui, Maximiliani primi diplomate potiſſimum innitenti, oppoſitarum in dubium vocetur. *a* Dicuntur & manus mortuæ *Long.* 2. *tit.* 34. *l.* 11. *Admonitio Caroli apud* PISTAS *in* PITHAEI *gloſſar. apud* BALVZIVM *tom.* 2. *p.* 728. *Capit. Caroli Calvi de ao.* 865. *l. C. apud* BALVZIVM *tom.* 2. *p.* 198. *& in Capit. de ao.* 870. §. 8. *l. c. p.* 232, 340. quia mortuas habebant manus, i. e. de rebus pro lubitu diſponendi, nulla ipſis competebat facultas. *Vid. Guid. Pap. deciſ.* 312. 314. CHOPPINVS *de Jurisdict. Andegavenſium lib. I. p.* 262. *p.* 263. Nonnunquam tamen manus mortuæ glebæ adſcriptitiis contra diſtinguuntur. CHASSIANAEVS *ad*

ſime tamen hominum voce vaſalli, qui & in Truſte, id eſt fide, eſſe dicuntur, *Ripuar. XI.* CANGIVS *gloſſ. vocab. truſte*, ſignificabantur. CANGIVS *in gloſſ. tom. 1. p. 763. 764. edit. pariſienſ.* SPELM. *in gloſſ. p. 298.* Homines majores, quorum mentio fit in Capitul. Ludovic. pii, ſunt vaſci dominici, qui alios ſub ſe vaſſos habent, & qui homines boni generis a Carol. M. dicuntur *in Capit. ex L. Salica, Romana & Gambata c. 12.* Item majores natu & ſuperiorum natalium in ſynodis antiquis, majores perſonæ *in LLbus Burgundionum tit. 38. c. 4. vid.* SIRMONDI *notas ad Capitul. apud* BALVZ. *tom. 2. p. 786.*

a Diploma Maximiliani legitur inter chartas Palatinas apud LVNIGIVM *in archivo Imperii.* Quid contra hoc diploma Palatini antagoniſtæ monuerint vid. *in vindiciis contra Wildſangiatum p. 17. ſeqq. & vindiciis a fœderatis electoribus, principibus, ſtatibus & immediato equeſtre ordine putat. Wildſang. oppoſita præfat. & in opere ipſo paſſim.*

ad conſuetudines. Burgundicas fol. 315. De aliis manus mortuæ ſignificatibus *conſ.* CANGIVS *in gloſſ. ſub voc. manus mortúa.* A noſtratibus leibeigene, Halseigene, eigene Leute, Königs-Leute, arme Leute *& in diplomat. Ruperti de ao.* 1401. *apud* SCHILTER. *in jur. publ. l.* 1. *p.* 88. improprie Unterthanen appellantur. Vid. HEID. *in apologia Lindav. p* 326. Variis, ut ſupra monitum, modis ſubibant ſervitutem, ſæpe ob paupertatem vel delictum *leg. Fris. l.* 21. MARCVLF. *form.* 51. 135. Hos aliquando litos dictos, docet LINDENBROGIVS *gloſſ. ſub. voc. litus.* Debitores ſolvendo impares fiebant quoque ſervi, & alienas ancillas ſibi matrimonio iungentes, CANGIVS *in gloſſ. tom.* 3. *p.* 838. & fœminæ ſervis nubentes ancillæ. *Capit. Lotharii* §. 13. 14. *t.* 2. *apud* BALVZ. *p.* 332. *Capitular. anni* 819. §. 3. *apud eundem tom* 1. *Lotharii leg.* §. 72. *tom.* 1. *part.* 2. *ſcriptor. Ital. p.* 146. *tom.* 11. *p.* 379. 380. aut ſe venditione ſervituti ſubdiderunt, aut redemtione huic vitæ conditioni additi ſunt. *Capit. Lotharii apud* BALVZIVM *tom.* 2. *p.* 609. MARCVLF. *lib.* 2. *c.* 22. *formul. Sirmondicæ apud* BALVZ. *tom.* 2. *p.* 473. *Henric. I. Angliæ Regis leges c.* 76. *Vid.* CANG. *in voc. capitalis, nativus, originarius, obnoxatio. b*

 §. X.

b De ſervis oblatis vid. POTGIESSER. Cenſentur cum his iidem eſſe, qui in diplomate, a Carolo Calvo monaſterio Farfenſi dato, dicuntur offerti. *Tom. II. ſcript. ital. pag. 406.* An apud Germanos per expoſitiones infantium ſervitus conſtituta, dubium eſt. In diplomate Landolphi & Atenolphi, Longobardorum gentis principum, apud VGHELLVM *in Ital. ſacra tom. VIII. in archiepiſcop. Beneventanis p. 51.* hæc leguntur: *Conceſſimus in monaſterio Domini ſalvatoris, quod conſtructum eſſe videtur infra hanc veterem Beneventanam civitatem ſecus Traſenda, quæ pergit ad portam Ruſini, ubi nunc Iinelgarda religioſa abbatiſſa regimen tenere videtur, has fœminas una nomine Erimen-*

§. X.

Seniori illuſtri, fiduciario obſequio, ad munus aliquod aulicum, obnoxii, *a* cæterum liberi, dicti etiam miniſteriales. BIGNONIVS *ad formul. Sirmond. c.* 37. *&* CANGIVS *gloſſ. voc. miniſter*, teſtantur. Hi ſæpe ex primaria erant nobilitate *vid. dipl. de vaſſis ſive fide addictis eccleſ. Vltraj. apud* HEDAM. Obiter notandum, ab aliquibus hoc diploma non Adelboldo, ſed alicui ſequentium epiſcoporum tribui, quibus & ipſe Heda accedit, licet antiquitatis nota ipſi derogari nequeat. Ad hanc claſſem archiprincipes imperii, quatenus Bambergenſi præſuli ad aulica miniſteria, ſeu officia fiduciario vinculo ſe tulere, ab aliquibus referuntur. GRETSER *de vita & rebus geſtis Henr. Imp.* Hoc ſenſu & in diplomate Hermanni Mar-

mengarda, & alia ſimiliter nomine Erimengarda, quæ fuerunt liberæ fœminæ, tamen ſervis prædicti monaſterii ſibi ſociaverunt, viros unum nomine Merulum, qui Majulſus vocatur, & unum clericum Bonipertum, ideo pro merito culparum ſuarum, una cum prædictis ſervis & cum filiis & filiabus ſuis legaliter, ad noſtrum ſacrum palatium devenerunt, & nos ita easdem fœminas & jam nominatos ſervos, ſimul cum filiis filiabusque eorum in jam facto monaſterio conceſſimus. Ex diplomate. In Pandolphi & Ludolphi Longobardorum gentis principium ibid. p. 53. charta legitur: *Si qualiscunque ſervus ejusdem cœnobii adulterium pro uno anno commiſerit cum fœmina libera, aut ſi ſerva adulterium commiſerit cum alio aliquo homine, ſint illi homines & filii, quos forte genuerint ancillæ & ſervi ejusdem monaſterii.* Formula, quæ adhiberi ſolebat, quando quis ſe alterius ſervitio obnoxium reddere voluit, *lib. II. formul. Marculphic. c. 29.* apud BALVZ. *tom. II. p.* 412. habetur. Interdum decernente judice creditoribus in ſervitutem addicebantur debitores. Naufragio elapſos, in littus actos, dominus littoris ſibi vindicabat, & obſides, fidem a ſuis non ſervatam, libertatis amiſſione luebant.

a In legibus Longobardicis mancipia Palatina memorantur *Tom. 1. S. II. part. 2. p. 108. 112, 123.*

Marchionis, quo cum conjuge Alberica in Bathenſi caſtro principali ditionis ſuæ domum domino erigit, vox miniſterialis accipi videtur, ubi dicitur: *Sic dotatam & fundatam eccleſiam illam communicato cum miniſterialibus & fidelibus noſtris conſilio* MAGERVS *de advocatia armata c. 5. p.* 168. Solent & hi vocari nobiles & illuſtres vaſalli *chron. Laurisb. apud* FREHERVM *t. I. fol.* 78. HEIDERVS *in apologia Lindav. p.* 901. D'ACHERY *tom. I. p.* 551. Servilis conditionis miniſteriales *b* qui domi ſerviebant, dicebantur quoque caſati, item, gaſindi ex vocabulo Germanico Geſinde HERT. *diſſert. de hominib. propr. ſect. I.* §. 2. nec non familia *in diplomate Conradi de ao.* 1024. *in geſtis pontificum Leodienſium apud* ANSELMVM *canonicum Leodienſem p.* 264.

§. XI.

b Miniſteriales in dominorum curiis & famulitio varia exercebant miniſteria. Vid. *lex Salic. tit. XI. §. 6. lex Alemannica tit. 79.* CANGIVS et SPELMANN. *in gloſſ. ſub voc. miniſt. leg. Caroli M. tom. 1. part. II. S. I. p. 112.* His præerat major domus. Vid. *Formul.* MARCVLPHI apud BAL. *t. II. p. 93.* Haus-Meyer. STVMPFIVS *p. 393. lib. 2. chr. helvet. c. 13.* ECCARD. *ad dict. tit. leg. Salic. p. 31.* Vox Gaſindi occurrit apud MARCVLF. *formul. XXXII. in nova collect. formul.* apud BALVT. *p. 582.* BIGNONIVS *ad formulas* MARCVLFI apud BALVZIVM *p. 906.* inquit: *Gaſindos pro ſervis aut fidelibus accipio, qui dominis ſuis perpetuo adhærent, eisque jugiter miniſtrant*, quod ex MARCVLFO ipſo colligi poteſt *lib. 2. c. 26.* Junge LVITPRANDI *leg. lib. VI. §. IX. p. 63. tom. I. part. II. ſcript. Ital. p. 63.* & leg. *Ritharis ibid. p. 34. §.* 228. Fuerunt tamen ex gaſindio regis Longobardorum etiam liberi quidam. *Leg. Rachis l. c. p. 88.* Caſatorum mentio injicitur *in additamentis ad. Capitul. Caroli M. tom. I. part. II. Scriptorum Ital. n. 156. p. 113.* Addit autor annot. n. 104. *Erant caſati homines ſervilis conditionis & fortaſſis etiam aliqua libertatis parte donati.* Eorum mentio in charta diviſionis regnorum a Carolo M. factæ & in chartis Alamannicis occurrit. Videtur tamen caſatorum nomen æquivocum fuiſſe. *Annotat. ad chr. Caſſin. tom. IV. S. I. p. 275.*

Digitized by Google

§. XI.

Colonos *a* qui & aliquando villarum miniſteriales vocantur, *Charta Conradi ad annum* 1145. PITHAEI *gloſſarium apud* BALUZIUM *tom.* 2. *p.* 729., ſervis eſſe annumeratos, quamplurimis veterum evincitur teſtimoniis. *Formula vetus apud* BIGN. *p.* 197. *& de evindicatis colonis p.* 196. 201. 202. ubi francis & ingenuis opponuntur. Hinc a dominis vindicabantur, exemplum habetur apud FLODOARDUM *lib.* 2. *hiſtor. Rem. append.* MARCULFI §. 3. *&* 4. *p.* 438. *apud* BALUZIUM *t.* 2. Servi vocantur in donatione, eccleſiæ Salisburgenſi facta c. 8. colonus ſervus eccleſiæ *apud* LINDENBROGIUM *p.* 1378. libertateque donabantur in teſtamento Remigii Remenſis epiſcop. *apud* FLODOARDUM *l.* 1. *Hiſtor. Rem. c.* 18. libertatis tamen aliquam referebant ſpeciem, igitur paſſim liberi dicuntur. *L.* BAJ. *tit.* 23. 57. *tit.* 1. *c.* 14. *Langob. Alem. tit.* 9. *chart. Carol. C. apud* CANG. *in gloſſ. tom.* 1. *p.* 1065. In diplomate quoque Ottonis, quod in LEUBERI *disquiſitione ſtapul. Saxon. n.* 1590. habetur, coloni ſervis opponuntur. Coloni aliquando ſervos, qui eis in exercendis agris opem ferebant, ſub ſe habuiſſe videntur. QUERCETANUS *ad biblioth. Cluniac. p.* 3. Nec coloni arva relinquere, invitis dominis, potuere, unde & caſati MATTHAEUS *de nobilitate lib. IV. c.* 23. *p.* 1072. *ſeqq.* glebæ ſervi, manſionarii. CANGIUS *in*

a Habitationes colonorum illorum curtes dicebantur *I. R. I. tom. I. part. II. p.* 151. Curtis una ſæpe plures continebat familias *Chron. Farf. tom. II. ſcript. Ital. p.* 376. Qui curti præerat dicebatur etiam GASTALDIUS *ſcript. rer. Ital. tom. I. part. II. p.* 146. *n.* 73.

in gloſſario & maſſarii id eſt, maſſæ ſeu prædio addicti appellati ſunt. *Charta diviſion. imperii Caroli M. c.* 6. *traditiones Fuldenſ. lib.* 2. *trad.* 40. *&* 70. *leg. Longobard. l.* 2. *t.* 32. §. 3. *lib.* 1. *t.* 2. §. 5. *c.* conditionarii *in* BRITONIS *philipp. lib. IV. v.* 568. *&* BARTHIVS *in notis p.* 294. Si hi prædiis in beneficium datis adhærerent, beneficiarii appellabantur *Leg. Longob. l.* 1. *t.* 9. §. 30. AGOBARD. *de jure & privileg. ſacerdotii c.* 11. Plur. CANGIVS *tom.* 3. *p.* 836. Cum prædiis emtione aut alio juſto titulo tranſibant. MIRAEVS *in annal. Belgic. fol.* 403. HVND. in kurtzen Auszuge *fol.* 464. *Vid. chartam Ludovici apud* CRVSIVM *in annal. Suev. p.* 2. *c.* 12. *fol.* 21. *& eam quam* HEIDER. *p.* 595. *ex* GRETSERO affert, *Inſtr. de anno* 1205. *apud* HVND. *in metropol. Salisburg.* ſub *epiſcop. Ratisbon.* Donabantur tamen prædia etiam ſine mancipiis. *Diploma Eberhardi archiepiſcopi Trevirenſis apud* BROWERVM *in annal. Trevirenſibus lib. XI. p.* 530. Denique addendum puto, privatorum mancipia, quatenus a fiſcalinis & eccleſiaſticis diſtinguebantur, etiam beneficiarios ſervos eſſe dictos. *Ludovici pii C.* 1. *cap.* 1. *&* 3. *cap.* 7. *apud* BALVZIVM *tom.* 1. *pag.* 598. *&* 609. *leg. Loth. n.* 58. *tom.* 1. *part. II. S. I. pap.* 143. Sic patrimonium principis privatum nonnunquam beneficiatum, & dominicato ſeu domanio oppoſitum fuiſſe, conjicio. In diplomate Caroli Calvi apud CHAPEAVILL *in geſtis pontificum Tungrenſium, Trajectenſium, & Leodienſium tom.* 1. *p.* 162. dicitur *mancipia inſuper illa utriusque ſexus, quæ in Tungris & Leodio reſidere & manere noſcuntur, de quocun-*

Digitized by Google

que noſtro fiſco ſint, aut ex dominicato aut beneficiato, univerſa eidem eccleſiæ perpetualiter habenda & tenenda.

§. XII.

Miniſteria ex nobilibus inferioris ordinis Dienſtmannen, Dienſtleute, HEDA *in hiſt. Vltraject. p.* 117. FREHERVS *in gloſſ. ad tom. I. ſcript. Germ.* HVNDIVS in kurtzen Auszuge etl. Hiſtoriſcher *Obſervationen fol.* 404. nobiles [a] ſervi. *monum. Wurtenb. p.* 147. vocabantur. Dicti etiam ſunt mancipia, ut in concilio a duce Taſſilone apud Dingelvingam anno 772. celebrato *apud* VELSERVM *rer. Boicar. l. 5. fol.* 310. *& in addit. ad metropol. Saliſb. tom. I. ſub. rubr. epiſ. Patav. fol.* 342. *& Brix fol.* 450. In confirmatione comitum Stolbergenſium de anno 1254., quam refert ECSTORMIVS *in chronic. Walkenrid. p.* 995. teſtes fuerunt milites Sifridus de Anten præfectus, Fridericus de Brugge, Gerbodo de Steden, Bercht-
toldus

a Plebejos quoque ad miniſteria domeſtica adhibitos eſſe, ex CANGIO *tom. 3. p.* 837. apparet. *Vid. & charta Ludovici Pii ad annum* 837. *apud* BALVZIVM *tom. I. p.* 687. *In leg. Longobard. lib. I. tit.* 5. *leg.* 4. *p.* 519. *apud* LINDENBROG. Servus miniſterialis contradiſtinguitur aldioni ſeu ſervo alieno ruſticano. *Vid. tit.* 8. *l.* 1. 2. 3. *ut & vit.* MEINWERCI *§.* 122. *apud* LEIBNIT. *T.* 1. *p.* 563. SCHILT. *ad I. F. Alem. c.* 1. *§.* 20. 21. Porro quamvis largiar miniſterialium minorum aliquos mancipiali vinculo dominis ſuis obnoxios fuiſſe: Certum tamen eſt, aliquos eorum etiam nexu tantum pactitio obligatos fuiſſe. Sic miniſterialem, de quo in lege Caroli Magni *§. CXXIII. tom. II. ſcript. Ital. pag.* 108. mentio injicitur, ad ſervorum claſſem non eſſe referendum, autumo, quoniam cum præpoſito eccleſiæ, & comite in eadem ponitur claſſe. Neque enim accedo notarum, quæ legibus Caroli M. ſubjectæ ſunt, autori, quod miniſterialis reipublicæ ibi idem ſit, ac miniſterialis ſive ſervus fiſci regii.

Digitized by Google

toldus de Bergo ſervi. *Vid. fundat. monaſt. Pruſening vel Ponzeling apud* HVND. *in metropol. Salisburg. tom.* 3. *fol.* 121. HEIDER. *l. c. pag.* 591. Cenſetur tamen hic vocabulum ſervi in ſignificatu improprio eſſe adhibitum. Moris enim plerumque erat, ſervientium vocabulo, ut honeſtiori, eos compellari; licet diffiteri nequeam, in veteribus monumentis ſæpe etiam ſervos ſtricte dictos ita vocatos. *Fundatio Alpiſpacenſis in document. Wurtenberg. ſub rubr. Alpenſpach p.* 235. Germanice dicti Adelſchalke, Knapen. MATHAEVS *de nobilitate c.* 18, 22, WEHNERVS *in voc.* Schalck HEIDERVS *in apologia Lindav. p.* 592. In hoc ſignificatu reperitur etiam in diplomate Chriſtiani Danorum regis de anno 1460. res Slesvico-Holſatas reſpiciente, in quo etiam adhibetur vox Knechte. In variis, territoria illa concernentibus, privilegiis conventionibusque adhibetur vox Mannen, ſæpiſſime Manſchop; niſi dixeris, per hoc vocabulum, vaſallos quoscunque intellectos. Frequens erat formula, Prælaten, Ritterſchop, Manſchop, Steden, quæ deinde adhuc ſub Chriſtiano IV. & Philippo duce Holſatiæ in hanc Prælaten, Ritterſchop, Stägten und Ständen transmutata eſt. Chriſtiano veterem adhibitam adhuc invenio nempe an. 1590. Quod ſi itaq; per Manſchop miniſteriales intelliguntur, a veritate abhorret, HERTII illud, miniſteriales circa medium ſecul. XIV. deſiiſſe, aut potius ad Bavariam reſtringendum. Non tamen miniſteriales cum militibus, qui & ſæpe ex primaria nobilitate erant, & famulis confundendi. HERTIVS *de hominib. propriis ſect. IV.* SCHILTER *in jure publico lib.* 1. *tit.* 7. §. *IV.* MATHEVS *de nobilitate lib. IV. c.* 18, 21. *p.* 1060. Conſultum

ſultum puto, diploma ſequens Gerberti ex Baronibus de Stumpenhuſen, qui deinde in comitibus Hojenſibus deſiere, hanc rem illuſtrans addere. „ In nomine ſanctæ & indivi-
„ duæ Trinitatis LIEMARVS Dei gratia Bremenſis archie-
„ piſcopus omnibus Chriſti eccleſiæque fidelibus, tam futuris,
„ quam præſentibus ſalutem dicit. Noſſe volo charitatem
„ veſtram, qualiter quidem G. nobilis homo, filius GER-
„ BERTI de Stumpenhuſen, qui in ſuperiori chirographo
„ continetur, quædam prædia eccleſiæ noſtræ pro emen-
„ datione quarundam culparum contradidit. Poſtea non
„ coactus, ſed ſponte ſua prædium quoddam Aſerbecke dictum,
„ in pactione quadam eidem eccleſiæ noſtræ in proprieta-
„ tem dedit. Hoc autem habuit in pacto, nobis laudanti-
„ bus, ut fieret homo noſter per manus, & acciperet de ca-
„ mera noſtra VIII. libras denariorum Goslarienſium; & hoc
„ ante Pentecoſten illis diebus, quibus mercatum apud Bre-
„ mam habetur. Hanc etiam oblationem & voluntariam
„ pactionem nos tunc laudavimus, accepimus eum in ho-
„ minem, beneficium dedimus, omnia ſecundum volunta-
„ tem ejus perfecimus. Hoc ſcire volumus ſucceſſores no-
„ ſtros hanc pactionem ſervari debere ſibi ſoli dum vixerit,
„ non filiis ejus, non hæredibus. Tradidit autem illud idem
„ prædium in Bremenſi crypta veteri ſuper altare, nume-
„ ro manſorum X. cum mancipiis, & ſicut mos eſt, cum
„ areis, ædificiis, terris cultis & incultis, quæſitis & inqui-
„ rendis, cum molis, molendinis, aquis, aquarumque de-
„ curſibus, pratis, paſcuis, ſylvis, lignorum & arborum in-
„ ciſionibus, & omni tali utilitate, & eo jure, quo ipſe illud
„ idem

„ idem poſſederat, & parentes ejus. Aderant præſentes & hæc
„ videntes ex militibus eccleſiæ, comes Ekkibertus,
„ Atholfus ipſius frater G. Folebertus frater, noſter Marcellinus,
„ Adſtabant de ſervientibus eccleſiæ multo plures Th. Vil-
„ licus, Suiecho, Echbertus Ramwort, Thietwid, Odico,
„ Burchard Thiedheri, Athelbero, Conſtantinus Reinwar-
„ dus. Facta ſunt omnia legaliter; ſed his ita geſtis acceſſe-
„ runt amici noſtri, & ſubmonuerunt nos, ipſum G. in po-
„ teſtate ducis fuiſſe eodem tempore, propter impietates &
„ rapinas ac vaſtationes, quas fecerat in ducatu, nihil au-
„ tem poſſe facere legitime, nec dare, nec accipere, niſi ex-
„ iret de poteſtate ducis. Tunc nos ducem Magnum in
„ nativitate Domini invitantes, pro eo interpellavimus, ex-
„ oravimus exire de ejus poteſtate fecimus, ut liber eſſet ex
„ toto. Deinde cum poſt tres ſeptimanas nos, cum quibus-
„ dam militibus eccleſiæ & ſervientibus quampluribus, ad
„ villam Asbecke proficiſceremur, & calcem ad eccleſiam
„ noſtram fabricandam pararemus, ipſe nobis cum matre ſua,
„ quæ tum vivens erat, in villa Haſela, in domo Poteſca-
„ lii ſervientis noſtri, occurrit, traditiones omnes ex novo
„ fecit, & eorum prædiorum, quæ prius pro emendatione
„ dederat, & ejus prædii, quod in hoc chirographo pro
„ pactione beneficii dediſſe eum, apud Alarbecke commemo-
„ ravimus, ipſe eum chiroteca, ſicut mos eſt, tradens hæc
„ omnia prædiola, ſuper crucem & reliquias noſtras ex no-
„ vo dedit. Ekkibertus comes in promiſſo Fr. comitis, qui
„ tunc erat advocatus, chirotecam abſtulit. G. confirmatio-
„ nem digito, ut mos eſt Saxonibus, fecit, matre ejus con-

Digitized by Google

„ firmante, ſicut juſtum erat, frater ipſius G. Atholfus præ„ ſens laudavit, quanquam ad eum laudare non pertineret. „ Ita acta ſunt legaliter, ſecundum omnem modum. „ Præſentes ibi fuerunt comes Ekkibertus Th. advocatus, „ Anshelmus, Folckbertus, Atholfus, ſervientes autem Ek„ kebertus, Mathelinus, Burchardus, Thiedericus, Athel„ bero, Reingotz, Reinward, Conſtantin, Thiederic, Ger„ frith, Rathard, & alii multi. Et ut hæc ejus traditio & „ pactio firma ſit & inconvulſa, in perpetuum placuit nobis „ & ſcriptum ſuper hoc fieri, & bulla noſtra ſignari in per„ petuum teſtimonium earum rerum. „ Nonnunquam tamen vox milites idem cum miniſterialialibus ſignificabat. *In diplomate Caroli M. apud* BRVSCHIVM *nullum de militari familia damnet &c. qui milites vel alio nomine miniſteriales, optimo jure perfruantur. Pithæi gloſſarium apud* BALVZIVM *T.* 2. *p.* 729. Fortaſſis hic intelliguntur miniſteriales milites facti. Sic & famulus aliquando denotat etiam glebæ adſcriptum. BROVVERI *antiquit.* FVLDENSES *lib.* 3. *Cap. XI. p.* 204. Ex nobilibus miniſteriales regulariter nullis, quam principibus erant obnoxii. *Specul. Suevic. lib.* 1. *c.* 52. §. 3. HEIDER. *p.* 589. quibus in hominum propriorum numero fuere, & quandoque dicebanrur ſervientes. Pateſcit illud ex *Hundii* Baierſchen Stambaum *p.* 1. *ſub. rubr. Rainer.* von *Rain fol.* 304. ubi ſequentia continentur. Es habe erſt an. 1331. Albrecht von Steinach Richter zu Straubingen gegen Hertzog Heinrich den åltern, daß er, ſein Weib und Kind, ihm warten dienen und gehorſam ſeyn wollen, wieder månniglich als eigene Leute, ihrer rechten Herrſchafft, dagegen

Digitized by Google

dagegen ſoll ſie der Hertzog verſprechen und beſchirmen, als andere ſeine eigene Leute, mit allen treuen. Alia exempla *vid. apud eundem l. c. p.* 2. *fol.* 223. & *fol.* 104. Hujus argumenti eſt *charta vetus in privilegiis eccleſiæ Hamburgenſis p.* 201. *Nos Henricus & Otto milites fratres dicti de Bromſtede renunciantes nobilitati & libertati noſtræ ſpontanea voluntate, facti ſimus miniſteriales eccleſiæ Bremenſi, facientes corporaliter juramentum, ſicut Bremenſis eccleſiæ miniſteriales facere conſueverunt, jurantes, nos eccleſiæ ante dictæ, ſicut miniſteriales, perpetuo ſerviturос, uxores noſtræ, liebri noſtri jam nati vel adhuc naſcituri idem facient, quando prædictus D. noſter archiepiſcopus, vel ſuus nuntius duxerit requirendos.*

§. XIII.

Liti, Lati, Liuti, *a* *præceptum Caroli Martelli apud* HEDAM, *Ludovic. Germanici diploma apud* SCHAT. *lib.* 2. *p.* 141. *annal. Paderb. p.* 158. laſſi nomen a laten laſſen ſervare, aut potius dimittere, habent. ECCARDI *not. ad catecheſ.*

a Fatendum videtur aldiones Italis & luiddos, litos Francis medium quodammodo genus inter liberos & ſervos fuiſſe. MVRATORIVS *l. c. p.* 864. *ſeqq.* BALVZIVS *tom. II. p.* 260. Litorum, Litonum ſynonimon laſſorum eſſe *archæologus Teuto.*, *in collectis etymologicis* LEIBNITII, docet. Quod autem liddi præciſe ſervi dedititii, qui ingenuitatem ſuam pretio mancipaſſent, fuerint, ut CANGIVS opinatur, non ſatis certum. Vid. MVRATOR. *l. c. p.* 866. Id tamen extra ambiguum poſitum, liudos, æque ac aldiones extra vulgarium ſervorum cenſum fuiſſe. Huc ſpectat lex Caroli: *Aldiones eodem modo regendos, quo fiſcalini vel liddi in Francia vivunt.* Qui Litos in ſervorum compingunt claſſem, ad *Meinwerci* vitam c. 10. 44. provocant: Verum ex illo loco nihil aliud colligi poteſt, quam litos plenam non habuiſſe libertatem, ſed

techeſ. Theotiſc. p. 140. MYLII *archeolog.* TEVTO *apud* LEIBNIT. *in collect. ethymolog. p.* 115. Exinde cum radix hujus vocis a lingua noſtra porrigatur, violentum puto, hic a Lætis gentibus cum Cangio nomen laterum arceſſere. Dicuntur etiam Lidi, Leddi, Ledii *in pacto legis Salicæ tit. XIV. edit.* ECCARD. *Si quis puer regis vel Lidus ingenuam fœminam traxerit, de vita* componat. *Vid. charta, ſi ſerv. ingenuam traxerit apud* MARCVLFVM *lib.* 2. *c.* 29. *tit.* 16. *l.* 4. *tit.* 38. *L. Salic. l.* 6. *Si quis fœminam ingenuam culpa percuſſerit, ſic ut ſanguis non exeat, ſolvat ſolid.* 2. *ſi lida fuerit, ſolvat.* I. *& tremiſſem;* item Leuti MABILLON. *de re dipl. lib.* 6. *c.* 68. *p.* 514. SCHATEN. *l.* 2. *annal. Paderborn. lib.* 2. *p.* 76. Lazi *in Ludovici diplomate apud* SCHATEN. *lib.* 3. *annal. Pad. p.* 158. *& in Ludovic. Germanic. diplomat. apud eundem p.* 160. Lidones *in diplomate Ludovici Infantis de an.* 900. *Henrici I. de an.* 922. *Otton. de ann.* 936. *apud* SCHATEN. *Vid. plur. apud* POTGIESSER. *lib. de condit. & ſtat. ſervor. lib.* I. *c.* 3. §. 36. 37. Vocantur etiam nonnunquam leudes

ſed glebæ adſcriptos, dominis operas præſtare debuiſſe. L. Rotharis 227. ſeqq. capitul. Caroli M. ad ſaxon. ſpect. de anno DCCLXXXIX. quod a LABBEO refertur ad ann. DCCXCVII. & alterum capit. Saxon. de anno DCCXC. apud BALVZ. Ex ipſo Meinwerco pateſcere videtur, quod ſervorum ſtricte dictorum numero non fuerint, quorum non niſi meſſis tempore a dominis alendi, cum ſervi in rigore dicti, ſemper domini ſumtibus nutriendi eſſent. Nec obſtat L. Salic. 30. Nam ibi de dimiſſione in plenam libertatem ſermo eſt. Vid. *Fulradi abbatis S. Dionyſii charta apud* MABILLONIVM *part. II. ſeculi III. Benedict.* MARATORIVS *antiquit. Ital. med. avi p.* 867. ait: Aldios, per manu miſſionem ex vulgarium ſervorum catalogo expunctos fuiſſe, ea lege, ut aliquem manumittentis agrum excolerent, cenſum quotannis exſolverent, aut operas præſtarent. LVITPRANDI *L.* 63. *lib. VI.*

leudes CANGIVS *in gloſſ. tom.* 2. *p.* 257. SPELMAN *in gloſſ. p.* 356. Quanquam plerumque vocabulum leudis vaſallum ſignificet. *Decretum Gildeberti Regis de anno* 595, *apud* BALVZIVM *tom.* I. *p.* 17. & quamplurima diplomata *apud* DVBLETVM *in hiſtoria abbatiæ S. Dionyſii.* PASQVIER *recherches de la France lib.* 4. *c.* 7. *p.* 368. DVCHENE *in hiſtoria domus Montmoranci pag.* 45. ut & Aldi, *b* Aldæ, Aldiones. *L. Longobard. l.* 3. *t.* 20. *Capit. Carl. M. de anno* 801. *c.* 6. *apud* BALVZIVM: *Aldiones vel Aldiana ad Jus publ. pertinentes ea lege vivant in Italia in ſervitute dominorum ſuorum, qua fiſcalini vel liti vivunt in Francia. Vid. & cap.* 20. *huj. Cap. & Capit. Carol. imperator.* §. 26. *p.* 757. *Capitulare de*

b Aldiones frequenter ſub ſemi-libertate, colonorum partianorum, qui fructuum agri, quem colebant, partem domino reddebant, reliquum ſuum faciebant, comprehendebantur. LVITPRAND. *L. XV. lib. VI.* Aldios ſemi-libertate tantum gaviſos, documento nobis eſt charta apud MVRATORIVM *l. c. p.* 875, in qua Bertraha alduina regis Deſiderii, nupta Theodo Aldio Teutonis, ponitur in mundium ſive ſub poteſtate ipſius Teutonis *ſalva libertate ſua.* Si Aldio, nexum, quo domino adſtrictus, excutere moliebatur, judicis ope, ne forti ſuæ injuria valediceret, adigebatur. Hi ſemi liberi Italis mezzatori, mezzadori dicti ſunt. Qui plenam adepti libertatem, Longobardis falfrea (Goldaſt falſreal) dicebantur. Vocis origo in Germanorum *fall frie* plene liberum, eſt quærenda. In diplomate, quod MVRATOR. *l. c. p.* 870. recitat, inter plenam, ſemiplenam libertatem, & ſervitutem diſtinguitur. Franci plenam libertatem nactos Arimannos, Harimannos, Herimannos appellabant. De vocabuli etymo eruditi inter ſe non conveniunt. *Vid.* BIGNONIVS *ad formulas Marculphi lib. II. c.* 18. MVRATOR. *l. c. diſſert. XIII.* ECCARDVS *ad L. S. lib. II. c.* 2. hermannos, quaſi hertmannos, erbmannos dictos, cenſet; alii viros militares, heermannos interpretantur, quoniam antiquioribus, ad arma ſumenda, liberti non admittebantur, niſi ingenuorum jura conſecuti eſſent.

Digitized by Google

de anno 813. 842. BALVZIVS *tom.* I. *p.* 315. Litonis mentio fit, *in Capitul. de anno* 630. §. 18. *& de anno* 798. *c.* 37. §. 5. *Capitul. Pipini regis Italiæ de anno* 793. §. 27. *De Aldionibus palatii, non eſt noſtra voluntas, ut homines Placentini per eorum præcepta, de curte palatii illos aldiones recipiant.* Idem habetur *in Capit. Carol. M. de an.* 793. §. 15. *L. Longobard. tit.* 8. *L.* I. 23. *tit.* 39. *L.* 8. 9. *tit.* 31. *L.* I. alibique paſſim. Notandum tamen, aldiones ſæpe aldiorum filios denotare. LINDENBROGIVS *&* CANGIVS *in gloſſ.* Quænam autem Litorum, quorum varias retulimus appellationes, fuerit conditio, non ita eſt in aprico. Quidam dicunt fuiſſe genus hominum dedititiorum, & ſic non raro in veteribus chartis & monumentis inter ſervos referuntur. SPELMANNI *gloſſ. pag.* 370. *Litus ſervus dedititius, qui ſe pretio mancipavit*, huic ſententiæ etiam ſubſcribit LINDENBROGIVS *in gloſſ.* atque hunc in finem leges veteres citat. ALBERTVS STADENSIS *ad an.* 917. ſequentia habet: *Plures autem ſe eis dedere proprios, qui ab eis vivere ſunt permiſſi, & litones ſunt vocati.* Et cum hi plerumque ſe fiſco permiſerunt, atque deinde ad colendum rus ſæpe adhibiti, nonnunquam fiſcalini, ſanctuarii & coloni dicti *L. Longobard. lib.* 3. *t.* 20. PITHAEI *gloſſ. apud* BALVZ. *p.* 686. *&* BIGNON. *in notis ad L. Salicam p.* 833. *apud* BALVZIVM *tom.* 2. *gloſſ. interlinear.* IHVAN. *legis Salicæ t.* 14. Maximam tamen partem liti pro libertis, vinculo quodam adhuc dominis obnoxiis, ingenuis, colonis & ſervis contradiſtinctis, accipiebantur. Hinc mancipia dicti, ut in charta Ottonis: *quædam noſtri juris mancipia litam videlicet Thietſaidem dictam, cum filiis ejus & filiabus tradidimus* & manumiſſi quoque ſunt; ab operarum ſcilicet & obſequii ex ſer-

vitute

vitute reliqui, nexu, quo domino, qui & ſenior dicitur *Capitul. Carol. M. de anno* 813. 842. tenebantur; ut itaque huc quadret definitio, quam LINDENBROGIVS *in gloſſario* habet: *Aldius eſt libertus cum impoſitione operarum factus.* Cumque penes Germanos inter ſervos & libertos non magna differentia, ſæpe in ſervorum claſſem, ut dictum, ſunt relati BIGNON. *ad L. Salic. p.* 832. Opponuntur alias ſervis *in L. Friſicorum tit.* 15. *Capit. Carol. M. de anno* 789. *c.* 15. *Capitul. Ludovici pii de anno* 834. *apud* BALVZIVM *tom.* I. *p.* 684. *Si litus fuit in eccleſia, ut in heris generationis dimiſſus fuerit, tredecim ſolidos & tremiſſo componat. Si ſervo fuerit factum, duodecim ſolidos componat. Si ingenua Alamanna facta fuerit octuaginta ſolidos componat aut cum duodecim juret Si lita fuerit viginti duos ſolidos & duos tremiſſos componat. Si ancilla fuerit,* 12. *ſolidos componat, aut cum* 12 *medios electos juret, Capitul. Dagoberti de an.*630. § 27. *apud* BALVZIVM *t.* I. *p.*88. Atque Litorum in hoc ſignificatu potiorem aliqua ex parte fuiſſe conditionem, quam ſervorum extra dubium eſt *L. Ripuariorum t.*62. §. I. *lex Saxonum tit.* 10. *charta Ludovici Pii apud* HENSCHENIVM *ad vitam S. Anſcharii.* STANGENFOLL *in annal. Weſtphal. lib.* 2. *p.* 215. In diplomate Osnabrugenſi, quod ECCARDVS fictitium eſſe erudite docuit, Lidones ſervis opponuntur. Vid. *monumenta Paderbornenſia p.* 260. ubi habetur: *Omne reguale vel ſeculare judicium ſuper ſuos ſervos & lidones & liberos, Malmann & Mundmann, & omnes* utriusque ſexus *homines.* Vid. *diplom. Conrad. de anno* 1039. *& Henrici de an.* 1049. *&* 1059. *apud* PISTORIVM *tom.* I. *in privilegiis eccleſiæ Mindenſi datis.* Colonis opponuntur *in diplomate Ottonis I. apud* GOLDASTVM *in conſtit. Imperial. tit.* 2. *pag.* 43. *&*

Digitized by Google

& apud LEVBERVM *in diſquiſitione plenaria ſtapulæ Saxonicæ num.* 1590.

§. XIV.

In medii ævi antiquitatibus etiam homines de maſnada occurrunt. FONTANINI Ancyranus archiepiſcopus in opuſculo *delle Maſnade*, Maſnadæ vocem derivat a *mas*, quod vocabulum ipſi manſum aut prædium ſignificat. MVRATORIVS autem in *antiquitatibus Italicis medii ævi p.* 800. manſnadam idem eſſe dicit, quam maſoatam, id eſt familiam ſervorum manſo addictam. FONTANINIVS homines de maſnada ſervis ſtricte dictis annumerat, putatque hos cum hominibus de maſnata, quos DVRANDVS apud CANGIVM *in gloſſar. ſub voc. masnata* deſcribit, nihil habere ſimilitudinis. Refutat hunc MVRATORIVS *diſſert. XIV. antiquit. Ital. med. æv. p.* 801. *ſeqq.* atque aſſerit, homines & mulieres de maſnada medium quoddammodo genus inter liberos & ſervos conſtituiſſe. Videntur tamen glebæ ſive ceſpitibus adhæſiſſe, usque dum a patronis plenam libertatem & jus diſcedendi a prædio, cui adjuncti, impetraviſſent. Pertinet huc diploma apud MVRATORIVM, quod continet inveſtituram quartæ partis caſtelli de Scanello, antea ad comitatum Mathildis ſpectantis, a canonicis eccleſiæ Piſanæ cuidam Malavoltæ datam. In hac charta Malavoltæ interdicitur, ne vendat homines & mulieres de maſnada: In Tancredi vero marchionis poſtremis tabulis MDCXV ſcriptis, quas MVRATORIVS in *antiquitatibus Eſtenſibus p. I. C.* 33 refert, legitur: *Vniverſa maſnata mea libera ſit, jure patronatus penitus remiſſo, peculiis*

culiis unius cujusque ſibi conceſſis. Idem ex ipſa a FONTANINO adducta charta de anno MCCCLXVIIII. liquet. In hac *nobilis vir Antonius Galli de civitate Auſtria* manumiſit *dominam* a *Sophiam filiam Tiſanti de Pnemariaco, ejus ancillam propriam, ſive mulierem de maſnata.*

§. XV.

Cœperunt homines de maſnata ſec. XIII inter vaſallos referri, feudisque ad regni uſum frui. In præſtando fidelitatis juramento iisdem fere formulis, ac nobiliores vaſalli uſi feruntur. MVRATORIVS *l. c. p.* 808. Vt autem plenam conſequerentur libertatem, manumiſſione opus erat. *Chron. Cartuſiorum lib.* 9. *c.* 5. *tom. XII. S. I.* Cumque hi homines antequam plenam conſecuti eſſent libertatem, a caſis ſive prædiis diſcedere non poſſent, dicti ſunt caſarii, item maſſarii i. e.

a Quis crederet ancillam ſtricte dictam dominam dictam eſſe. MVRATORIVS monet, iſto tempore ſolas plerumque nobiles fœminas dominas vocatas. Maſnadæ non ſolum in marchia Taruiſana, ſed & Ferrarienſi, & Fori Julii ditione reperiebantur. Vide quæ MVRATORIVS *ex regiſtro feudorum*; quæ Ateſtini principes & inprimis Azo VII. marchio & Obizo II. ejus nepos ſeculo XIII. vaſallis ſuis contribuerunt, in *antiquitatibus medii ævi* affert, ubi hominum de maxinata vel mazinada mentio injicitur. In diplomate, ſive inſtrumento inveſtituræ ab Azone VII. marchione Eſtenſi & Anconitano Petro, filio dominæ Venexiæ, homini de masnada ao. 1262. collatæ, Petrus ille homo de maxinata jurat fidelitatem. Servi autem proprie dicti non inveſtiebantur. Quod vero Petrus iſte plenam non habuerit libertatem, ex eo quoque adparet, quod marchio *ſibi merum & plenum dominium iſtius hominis* reſervet, ita quod *ipſe poſſit facere, & diſponere de dicto ſuo homine, ad ſuæ beneplacitum voluntatis.* Aliam adhuc chartam ejuſdem argumenti vide apud MVRATORIVM *l. c. pag.* 805.

Digitized by Google

i. e. maſſæ ſive glebæ adſcripti, prædiola, quæ tales homines colebant, dicebantur maſſariola. Erant hi a plena ſervitute immunes, & ſuum habebant peculium. MVRATORIVS *antiquit. Ital. med. ævi diſſert.* XIV, XV. Suſpicor dictos etiam eſſe manentes, quia a ſolo alieno, invito fundi domino, cui ad certos aliquando reditus aut ſervitia erant obſtricti, migrare non potuerunt. MVRATORIVS *l. c.* Berengarii refert diploma, in quo manentium mentio injicitur. Puto ſi plures hujus generis hominum familiæ cohabitaverint condumas (condomnas) eſſe dictas. Interim non ignoro, dubitari an aldii, an ſervi fuerint. MVRATORIVS *l. c. diſſert.* XIV. *a* Marchiones Eſtenſes quam plurimos in agris Eſtenſibus ac Rhodigenſibus habuiſſe manentes, ac tributatorios MVRATORIVS *l. c. p.* 808. tradit. Agricultores illi ao. MCCLXXIII. faſſi ſunt, ſe a domino Obizone marchione Eſtenſi & Anconi-

a Ex Aiſtulphi legibus conſtat, libertos etiam ceſpitibus fuiſſe addictos l. c. pag. 829. non prorſus a ſervorum ſorte immunes. Citat hanc in rem MVRATORIVS *Guidonis epiſcopi Ferrarienſis ſtatuta manuſcripta.* Cavebant ſibi quandoque ab imperatoribus manentes confirmari. Refert hanc in rem diploma Ottonis M. MVRATORIVS *pag.* 830. Manentes, qui glebe aut maſſæ adhærebant maſſaritii vocabantur. Ita colonis, & tributariis, atque angarialibus in bulla Sergii apud VGHELLVM *tom. I. Ital. ſacræ* contradiſtinguuntur. Leguntur ibi ſequentia: *Bona cum colonis atque maſſaritiis, tributariis atque angarialibus, maſculis & fœminis, filiis & filiabus, ac nepotibus eorum ibidem reſidentibus, aut exinde pertinentibus, ubicunque inventa fuerint cum omni cenſu & dationibus, & functionibus nec non angarus & parangarus, vel quicquid de eadem maſſa, quæ vocatur cæſarea, generaliter & in integrum pertinentibus.* In pontificis Benedicti bulla apud VGHELLVM *tom. I. p. 100.* ſervi quoque colonis contradiſtinguuntur. Adde diploma Rudolphi regis de anno 924. apud VGHELLVM *tom. V. p. 789.* Videntur coloni, quorum quisque ſuam habebat ſedem, & domino pecoris, aut frumenti, aut pecuniæ aliquid præſtiterint, præſtandarii dicti VNGHELL. *tom. I. pag.* 440.

Digitized by Google

conitano poſſeſſiones & terras tenere, *jure manentiæ*. Manentes liberos, homines MVRATORIVS dicit.

§. XVI.

Et ne quid huic argumento inſerviens intactum relinquatur, ſervorum eccleſiaſticorum & fiſcalinorum, qui & colendis agris eccleſiaſticis & dominicalibus adhiberi ſolebant, mentionem quandam faciamus, oportet. Sunt autem eccleſiaſtici a eccleſiæ, fiſcalini regis mancipia. *Tom. I. part.* 2.

a Erant & eccleſiæ ſui miniſteriales. *Otton IV. Diploma apud* BROWERVM *T. 2. l. XV. annal. Trevir. Vid. paſſim* SCHATEN, *aliique diplomatum collectores.* Mancipia autem eccleſiaſtica ad ſecularem ſervitutem non potuerunt trahi. *Capit. Ludovici II. de anno 867. §. 12. apud* BALVZIVM. *Injuſtum videtur & impium, ut mancipia, quæ fideles viri ſeu fœminæ, pro remedio animæ ſuæ Deo & ſanctis ejus conſecrarunt, cujuscunque muneris pretii vel commutationis commercio, iterum in ſecularem ſervitutem redigantur, cum canonica autoritas ſervos fugitivos tantum diſtrahi permittat.* Imo nimio pietatis zelo ſæpe liberi ſervituti eccleſiaſticæ, moderatiori tamen, ſe addicebant. Vid. *diplomata Loſſenſia* p. 2. & 3. Fiſcalini ad fiſcum, regem, vel dominum ſpectabant. CANGIVS *in gloſſ. t. I. p. 455. t. 3. p. 856.* BVRCHARD. *caſ. monaſt. S. Galli c. 7. In Capitul. Carol. M. de anno 801. c. 8.* habetur: *Ubicunque intra Italiam ſive regius, ſive eccleſiaſticus, vel cujuslibet alterius hominis ſervus fugitivus inventus fuerit, a Domino ſuo ſine ulla annorum præſcriptione vindicetur. &c. In Capitular. ejusdem de ann. 803. c. 15. ut homines fiſcalini ſive coloni aut ſervi in alienum dominium commorantes. &c.* Eratque horum ſervorum præ reliquis prærogativa quædam, unde Litis æquiparantur *in Capitul. Carol. M. lib. 5. c. 16.* Enimvero potuerunt teſtamenta facere. AIMOINVS *de geſtis Francorum lib. 3. c. 56. p. 325.* atque liberæ, quæ ſervis fiſcalinis nubebant, liberæ manebant. Dici nequit, an hi ab iis, quæ in leg. Longobard. palatii mancipia dicuntur, diverſi fuerunt. *T. I. S. I. part. II. p. 123.* In veteris ævi monumentis occurrunt coloni fiſcalini. *S. Ital. tom. II. p. 97. 123.* Habebant villæ fiſcales & palatia ſuos adſcriptos qui fiſcalini dicebantur. *Chr. Gott-*

2. *ſcript. ital. p. 143. n. 58. tom. II. ſcript. ital. p. 429. 430.* Denique præter ſclavos *b* aliæ adhuc ſervorum germanicorum

Gottwicenſ. lib. III. p. 445. De villis & palatiis regiis in provinciis Franciæ & Germaniæ agunt VALESIVS *lib. IX. rer. Franc.* MABILLON. *de re diplomat. lib. VI. in ſupplem. p. 50. & chr. Gothwic. p. 440. ſeqq.* In fiſcalinorum numerum aliqua ex parte referri poſſe, videntur Judæi, qui ſervi cameræ appellantur, variisque conditionibus per leges imperii coarctantur. Hodie non ſolum imperatori & electoribus, ſed omnibus illis, qui ſuperioritate territoriali gaudent, ſubſunt. VITR. *J. P. lib. 3. tit. 17. m. 82. ſeqq.*

b Slavi in captivitatem redacti, ex retorſionis quaſi jure, ſub duriſſimam agebantur ſervitutem, & haud dubie majores noſtros captivos ſub duriori habuiſſe ſervitute reor, quia hoſtilem animum adhuc circumferre videbantur. Quo factum, ut Slavorum nomen tandem in mancipiorum converſum ſit ſynonimum. WITEKIND. *lib. I.* GOLDAST. *de regno Bohemiæ l. 2. p. 183. edit.* SCHMINCKII, qui, poſtquam de bello inter Germanos Slavosque monuerat, addit: *Et fortuna plerumque Germanis favebat, ut victos & captos Slavos in miſerrimam ſervitutem abducerent, per Europam diſtraherent, ad operasque publicas deſtinarent. Hinc nota eſt illa vulgaris loquendi formula, qua non Germani modo, ſed plerique Europæi etiam utuntur, ut Slavos pro ſervis & mancipiis in communi ſermone uſurpent.* A ſervis colonisque ex Teutonibus miſeriæ ſuperiori gradu, ut monitum, diſtinctos fuiſſe, arbitror. Opponuntur Slavi ſervis in diplomate Ludovici Germanici *apud* HVNDIVM *in metropol. Saliſb. tom. 2. & in diplom. Otton. in plenaria diſquiſitione ſtapul. Saxonicæ ſupra citato*, colonis & litis. In diplomate quoque ſequenti, cujus pars quædam imperfecte edita eſt in LVNIGII Teutſchen Reichs-Archiv der andern Continuation dritten Fortſetzung p. 345. mancipia Teutonica & Slavonica a ſe invicem diſtinguuntur. „ In nomine ſanctæ & individuæ „ Trinitatis. Otto Dei gratia rex, „ noverint omnes fideles dei, præſentes ſc. & futuri, qualiter nos „ pro remedio animæ beatæ memoriæ domini patris noſtri Henrici „ regis, & pro incolumitate dominæ matris noſtræ Mathildæ reginæ, nec non pro ſtatu & incolumitate regni noſtri, noſtrique, „ dilectæque conjugis noſtræ Adelheidis reginæ, noſtrique dilecti „ filii Ottonis, jam primo anno regis, inſtinctu & monitu Willichelmi ſanctæ Moguntinæ ſedis „ venerabilis archiepiſcopi, omnem „ regionem, rem, pagumque, vocatum Neletice, omnemque utilitatem in eo manentem, urbem „ videlicet Giviconſten, cum ſalſu„ gione

Digitized by Google

corum referunturſpecies, quæ tamen ſæpe unius ſpeciei diverſæ potius appellationes, ab adjuncto aliquo deſumtæ ſunt. Laicorum perſuaſio, beneficia, clero exhibita, aut licentiam impune peccandi progignere, aut peccata commiſſa piaculi inſtar delere, largiſſima ei conciliavit munera, unde tot veterum traditiones, quibus mancipia quoque ad eccleſias eccleſiaſticosque translata ſunt. De origine frequentium harum donationum, quæ piæ dicuntur, pro animæ remedio in FONTANINI *vindic. diplomat.* elegans eſt locus. Dicebantur homines eccleſiæ Kloſterleute, Gotteshausleute. *Diploma apud* HEDAM *d.* 53. STVMPHII *chron. Helvet. l.* 3. *c.* 21. *p.* 2. *p.* 133. CRVSII *annal. Suev. p.* 1. *lib.* 8. *c.* 9. *fol.* 212. Tabulæ donationum eccleſiæ factarum, in quibus plerumque & mancipiorum utriusque ſexus

„ gione ejus, ceteraſque urbes cum
„ omnibus ad eam pertinentibus,
„ aquis ſalſis & inſalſis, terris cultis
„ & incultis, mancipiis Teutonicis
„ & Sclavonicis, mancipium etiam
„ vel Burguuardum urbis Zpuitne-
„ burg in pago Nudhici cum omni-
„ bus ad eandem urbem jure & le-
„ galiter pertinentibus, tale quoque
„ prædium, quale Huodo in bene-
„ ficium habet iu pago Helmin-
„ gouune, in comitatu Wilhelmi
„ comitis, in locis Breidlinge &
„ Bernardesroth cum omnibus ad
„ ea pertinentibus. Taleque præ-
„ dium quale Adalbertus comes in
„ comitatu ipſius in pago Northu-
„ ringorum in locis ſic nominatis,
„ Dunenſteti, Fiahitungum Waz-
„ zeresdal, Adinge cum omnibus
„ ad ea pertinentibus, ex noſtro
„ jure, in jus & proprietatem beati
„ martyris Chriſti Mauritii ad Ec-
„ cleſiam Magdeburg. in honorem
„ ipſius conſtructam, liberali mu-
„ nificentia transfundimus & dona-
„ mus, & rectores ipſius eccleſiæ
„ absque ulla retractatione liberam
„ poteſtatem omnium prænomina-
„ torum locorum habeant, ut res
„ eccleſiaſticas ſuis uſibus adjungen-
„ di. Et ut hoc noſtræ munificen-
„ tiæ donum firmum & ſtabile per-
„ maneat, hoc præſens præceptum
, conſcribi, & annuli noſtri im-
„ preſſione ſignari juſſimus, quam
„ & manu propria ſubtus firma-
„ vimus.

Signum domini Ottonis Magni & invictiſſimi Imperatoris Auguſti.

(*Gœbel de Jure Ruſtic.*)

Digitized by Google

ſexus mentio fit, in infinitam fere multitudinem excrevere, quarum ingens numerus in traditionibus Fuldenſibus, apud Dubletum, d'Acheri, Mabillon, Vghelli, Schaten, Hundium, Miræum, Perardum aliosque reperitur. *vid. & MAGERVS de advocat. armata c. 7. n.* 737. Vnum aut alterum ſaltem addam exemplum. In Dagoberti diplomate *apud* DOVBLET, *in hiſtoria abbatiæ S. Dyonifii p.* 661. ſequentia habentur: *Quicunque mancipiorum ſive ſervorum & ancillarum præfatorum martyrum (Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii) ſive maſculus ſive fœmina qualicunque pacto, ſeu legitimo, ſeu furtivo complexu prolem genuerit, atque propagaverit, & tunc & ſemper absque participe, vel diviſore irrefragabiliter ad ſupradictorum ſanctorum martyrum poteſtatem cum omni prole ſua revocentur, & lege mancipiorum ſub præfati abbatis & ſucceſſorum illius monachorum in jam dicto monaſterio Deo ſervientium ditionem perpetualiter mancipentur. Diploma Carol. Martelli apud* HEDAM *in hiſtor. Vltrajectina pag.* 29. *In tabulis donationum* quibus Giſala Caroli Magni ſoror monaſt. S. Dionyſiano multa prædia confert, legitur: *Mancipiis, inquilinis, accolabus, libertis, ſervis tam ibidem oriundis, quam aliunde translatis. Vid. quoque chartam Theudaldi apud* MABILL. *de re diplom. l. 6. p.* 505. *vit. Meinwerc. p.* 42. 43. 44. 53. 109. *edit* OVERH. *diplom. Arnulfi de anno* 898. *Ludovici de anno* 903. *p.* 167. *Ottonis de anno* 950. *apud eundem. Diploma Heinrici II.* quo donat prædium Steim ſitum, in pago Weſtfala in comitatu Bernhardi comitis, *apud* SCHATEN *lib. V. annal. Paderborn.* Hunc etiam *confer p.* 452. 453. 454. Conradus Friſingenſi eccleſiæ anno 1040. inter alia donat: *Curtem*

Digitized by Google

tem Alaris cum mancipiis utriusque ſexus. Vide *& Henrici dipl. de anno* 1052. *apud* HVNDIVM *in metropol. Salisburg. part.* I. *p.* 105. *& ejusd. diplom. de ann.* 1057. *&* 1062. Neque in numero mancipiorum, quem *Capit. Lotharii c.* I. *apud* BALVZ. *t.* 2. *p.* 327. *præſcribit*, ſubſtitere. Eorum namque ingens erat numerus MABILLON *in analectis p.* 231. 232. *& chron. monaſterii Farfens. tom. II. part. I. p.* 428. *chron. monaſterii Vulturnenſis tom. II. part.* 2. *p.* 397. Ex delicto quoque eccleſiæ fiebant ſervi. *L. VIII. & IX. Ludovici Auguſti tom. I. ſcript. Ital. p.* 128.

§. XVII.

Peculiarem operam, circa ſervorum Germanicorum diverſas ſpecies exponendas, POTGIESERVS, vir clariſſimus rerum Germanic. peritiſſimus adhibuit. Sæpe unius ejusdemque generis ſervis diſtincta fuerunt nomina. Nonnunquam etiam a miniſteriis appellabantur. Sic autumo *in diplomate Henric. de ann.* 1057. *apud* HVNDIVM *in metrop. Salisburg. tom.* I. *p.* 102. per parſchalcos, [a] ſindmannos, [b] hengiſturtos, [c] ſervos officiis diſtinctos denotari.

[a] Parſchalcus haſtis ſive bipenni vel ſecuribus præfectus videtur. Par enim ſignificat haſtam, confer. *ſpecimen gloſſ. Celtici apud* LEIBN. *in collect. etymolog. p.* 156. & Schalk aliquando præfectum, vel præpoſitum denotat. Dom. POTGIESSER *de ſervis lib. I. c. IV. §.* 68.

[b] Sindmanni ſervis domeſticis ſive gaſindis rectores dati cenſentur.

[c] Hengiſturti, Hengisnoti, Hengisſuoteri erant, qui equorum habebant curam. Vid. diploma apud MECHELBEC *in hiſtor. Friſingenſ pag.* 151.

§. XVIII.

Germanorum ſervi licet forte non tam ſæve habiti *a* quam mancipia Romana, multis tamen calamitatibus ærumniſque aliqui eorum obnoxii, dominis inſtar rerum erant, atque ab illis pro lubitu alienari vindicarique *b* potuerunt. Etiam ex nobilitate miniſteriales, ſæpeque exercendis agris deſtinati, ſub duro gemebant villico. *c*

§. XIX.

a Suadent hoc TACITI *de Germania c. 25.* ſequentia: *Verberare ſervum ac vinculis & opere coercere rarum. Occidere ſolent non diſciplina & ſeveritate, ſed impetu & ira ut inimicum, niſi quod impune.* POTGIESSER *proleg. de ſtatu ſervor. pag. 58.*

b Capitular. Caroli Magni ann. 801. c. 8. nullaque hic obtinebat præſcriptio. Vid. CANGIUM *tom. I. pag. 1665.*

c Poſtquam luxus & ambitio Germaniam noſtram magis magisque invaſit, ſervi magis contemtim, ſæveque habiti, nec jugum eorum, ex quo gens noſtra Chriſto nomen dedit, lenitum. Coloni enim æque ac alii ſervi fuſtuario coercebantur & flagellis *l. Burgund. tit. 39. §. 3. Capit. Carol. Calv. tit. 9. p. 2. c. 9. tit. 12.* prorſusque aliorum hominum conſortio indigni habebantur. Hinc pariter ac Romanorum ſervi a caſtris arcebantur, & ſi quis auderet illa ſequi, haſta ipſi in dorſo frangebatur. Spectant huc quæ in *libro Legum luticarum vulgo* Lowbock *part. 3. c. 2.* habentur. Matrimonia arbitrio domini ſuberant, a quibus ſæpe poſterioribus temporibus virginitatis delibatio certa mercede redimebatur KEISLER *antiq. ſelect. Septentr. & CELTIC. p. 484. ſeqq.* Scoti pretium, quo impium illud domini jus redimebatur, marchetam vocabant *L. L. Scot. lib. IV. p. 102. Marcheta* inquit: SKENAEUS *in annot. mulieris dicitur virginalis pudicitiæ prima violatio, & delibatio, quæ ab Eveno rege dominis capitalibus* (to the King, and other overlordis, as ſome writis) *fuit impie permiſſa, de omnibus novis nuptis, prima nuptiarum nocte, ſed pie a Malcolmo tertio ſublata fuit, & in hoc capite certo vaccarum numero, & quaſi pretio redimitur.* Priſca Scotorum lingua march equum ſignificabat. Non tamen puto hunc canonem præciſe jus mortuarium conſtituiſſe, quod univerſalius fuiſſe cenſeo, quam ſpurcum illum cenſum. Nam non ubique olim domino in ſervæ corpus hoc jus competiviſſe, reor.

Digitized by Google

§. XIX.

Non ſolum enim ſervi permutati, *a* ſed & venum ſunt expoſiti. Venditionis formulæ extant *apud* MARCVLFVM *lib. 2. form.* 22. LABBEVM *tom. 2. miſc. p.* 493. Solebat donatio vel venditio ſervorum in præſentia epiſcopi vel

a Permutationi venditionique miniſteriales etiam obnoxii erant. HVNDIVS *p. 1.* Bayerſchen Stammbaum *p. 252.* HERTIVS *de hominibus propriis ſect. IV. §. 6.* Atque tranſibant cum comitatibus, dynaſtiis, arcibusque, quibus adſcripti erant. HVND. *in metropol. Salisburgenſ. tom. I. ſub epiſc. Ratisbon. p. 281. Momonenta Paderborn. p. 227.* Omnes ii, qui in villis domini ſui miniſteriis vacabant, ut major, inferior, ſcantio, marſcalius, ſtrator, faber ferrarius, carpentarius, vinitor, paſtor, coquus, piſtor, miniſteriales dicebantur, ceteris mancipiis honoratiores. VALESIVS *rer. Francic. lib. XI.* RVINARD. *ad Gregor. Turon. p. 321.* ECCARDVS *ad tit. XI. L. S. not.* Hinc miniſteriales ſæpe burgenſes dicti, quia burgis adſcripti. *Tranſactio ducis Conradi, cum fratribus ſuis ducibus de Brunſv. de anno 1266.* qua inter eos convenit, ut Conradus ad clericatum redeat. Sic *& in tranſactione inter Henricum & Albertum fratres de Brunſvic. de anno 1286.* burgenſes vocantur. In compoſitione archiepiſcopi Moguntini, Sifridi, qui ſacri imperii per Germaniam archicancellarius, & procurator dicitur, cum Ottone duce Brunſvicenſi ſuper advocatia in Hilgenſtat de anno 1289. memoratur, quod Otto dux donationem, eccleſiæ Moguntinenſi anno 1233. factam, confirmet, vi cujus Moguntinenſi archipræſuli inter alia *decem miniſterialium inter mares & fœminas inter Rhenum & Wiſeram eligendi dati erant.* In conventione imperatoris Ottonis Brunſvicenſis cum marchione Miſniæ de anno 1212. hic in fidei pignus tredecim filios miniſterialium ſuorum dat, & ſi promiſſum non ſervaretur, liberam imperatori confert facultatem, de ipſis obſidibus faciendi, quod ei placuerit, *& erunt in eo ſtatu, qui vulgo* verſegelt *dicitur.* Tenebantur obſtagii jure pro domino ſuo. *Compoſitio inter Ottonem Imperatorem & Ludovicum ducem Bavariæ de anno 1212.* Vindicabantur quoque HVNDII Bayerſcher Stammbaum *p. 2. p. 104.* Habebant minores etiam miniſteriales aliquando a domino benefici a Dom. de LVDEWIG *reliquiarum tom. I. p. 5. & 6.* & diploma apud VGHELLI *tom. V. p. 195.* Mortuo miniſteriali ex ejus hereditate rerum mobilium præcipuum, ad exemplum alior. mancipiorum, præſtabatur. HERT. *l. c. §. 8.*

comitis fieri. *Capit. Carol. M. de anno* 779. *c.* 19. Nefas autem reputabatur, illos Judæis aut gentilibus, vendere. Bonifacius in epiſt. ad Gregor. Papam graviter conqueſtus, quod ex Germanis neo chriſtiani mancipia ſua gentilibus in victimas venderent, a Pontifice reſponſum tulit *apud* BARON. *ad an.* 731. *Hoc ut magnopere corrigere debeas frater, commendamus, nec ſines fieri ultra, ſcelus enim eſt & impietas. Eis ergo, qui hoc perpetraverunt, ſimilem homicidæ judices pœnam.* Sed huic malo ſolus Bonifacius mederi, impar fuit. Itaque ſynodum Libtinæ ſub Carolomanno an. 743. convocari, oportuit, in qua conſtitutum, ne mancipia Chriſtianorum paganis traderentur. Pertinet huc lex *apud* GOLDASTVM *Antiq. Alam. t.* 2. *fol.* 52. *Præcipimus generaliter, ut mancipia Chriſtiana Judæis aut Paganis non tradantur,* *Conf.* PITHAEI *gloſſarium Capit. pag.* 527. *T.* 2. *apud* BALVZ.

§. XX.

Villicus *a* in generali ſignificatu latinis præfectum denotabat. unde *Cicero in oratione pro Plancio* magiſtratus vocat

a Apud Romanos ſæpe villici ſervorum numero erant, aliquando etiam manumiſſi. In priori ſignificatu accipitur vox quando cum monitore inſtrumentis fundi accenſetur *l.* 5. *ff. de inſtructo, vel. inſtrumento legato l.* 18. *§.* 11. eodem. Quod ad ſecundum ſignificatum attinet, agitur de eo in §. 4. l. 18. c. *Cum de villico quæreretur an inſtrumento ineſſet & dubitaretur: Scævola conſultus reſpondit, ſi non penſionis certa quantitate, ſed fide dominica coleretur, deberi.* Nec dubito, quin ille villicus, quem HORATIVS *lib. I. epiſt. XIV.* reprehendit, quod ad ruſticam vitam nauſeet, libertorum fuerit numero. Add. CASAL. *de profeſſ. & ſacr. veter. ritib. in fine part. I.*

Digitized by Google

vocat reipublicæ villicos, quem ſequitur *Juvenalis* ſat. 3.

Pegaſus attonitæ poſitus modo villicus urbi,
Nam ſic latentibus obſtat.
Villicus & veteris Romæ contexit hiatum.

CVIACIVS *lib. X. obſervat. c.* 37. Hanc ſignificationem vox illa etiam habet *in l.* 1. WISIGOTH. *l.* 1. *t.* 6. *l.* 8. *tit.* 9. *Capit. lib.* 6. *tit.* 120. apud LINDENBROG. *p.* 1495. Germani in hunc ſenſum adhibebant ſuum Meier, de cujus vocabuli origine *vid.* dom. de LVDEWIG. *de jur. client. Germ. p.* 35. Maer ſignificat præpoſitum præfectum, villicum, villanum. Hinc videtur ductum Anglorum major, Maire *vid.* BOXHORN *lexico Britannico latino p.* 44. & LEIBNIZ *in collectan. etymologicis p.* 732. Vnde die Meier von Heidelberg apud STVMPHIVM *t.* 2. *p.* 142. Meier von Höchſteden *p.* 129. Meier von Reitenau *p.* 244. von Riedheim p. 147. &c. Vid. plura in IOACHIMI MEIERI *diſſert. de meieris.* In ſtrictiori ſignificatu illum, qui rationibus ruſticis, fructibus percipiendis, univerſoque operi ruſtico præpoſitus eſt, ſignificabat. HEIDER. *in deduct. Lindaviens. p.* 842. Hunc ex mancipiis interdum lectum, ex diplomate Henrici de anno 1107. *apud* CHAPEAVILL. *in geſt. pontif. Leod. tom.* 2. *p.* 45. conſtat. Huc pertinent die Meier-Lehne de quibus vid. MEIERI *antiquitates meierianas c. IX.* §. 4. Hic c. VIII. §. 6. explicat, quid *II. feud.* 81. per verba: *Pro vice villicana feudum accipere*, intelligendum ſit.

§. XXI.

Digitized by Google

§. XXI.

Germanorum mancipia *a* variis libertatem perfectam *b* aut imperfectam *c* conſequebantur modis, quorum

a Miniſteriales manumittebantur quoque. *Specul. Saxon. lib. 3. art. 8.* HVNDIVS in kurtzen Auszuge Hiſtoriſch. obſervation. inquit: Wann dieſe Miniſteriales durch die Herrſchafft gefreiet, ſeynd ſie liberi oder liberiores genandt worden, haben alsdann mögen dienen wem ſie verlangt, aber die andern allein ihren Herrn, davon vermuthlich der freyen Herren Stand entſprungen. HERTIVS opinatur, ex hac manumiſſione reliquum eſſe, quod principes pueros nobiles colapho e miniſterio dimittere, & gladio donare ſoleant, quanquam hunc morem a nonnullis *ex l. fin. C. de emancip. liber.* deduci, fateamur. Verum enim vero conſuetudo illa potius ex Germanorum moribus eſt accerſenda. GEORG. BAIERI *ſpecimen juris germanici lib. I. c. III. p. XV. §. XVI.* STRYKII *diſſert. de alapa.* ADR. BAIER. *in boetho c. 3.*

b Manumiſſionis perfectæ, aut directæ effectus erat, eundi quocunque vellent. *Formula apud* MARCVLFVM *l. 2. c. 32. 33. 34.* In teſtamento Billongi epiſcopi Veronenſis ann. 858. *apud* VGHELLVM: *ut ambulandi liberam habeat licentiam.* Apud Longobardos plena manumiſſio, per quam quis fiebat amond ideſt extraneus, ſive extra poteſtatem, dicebatur *fulfreal* leg. ROTHARIS *n. CCXXV. tom. I. ſcriptor. Ital. part. I. p. 34.* Fulfreal, inquit GROTIVS *in gloſſario, eſt plene & omnino libera perſona, quæ nec operas debet.* Contradiſtinguebatur aldio, qui libertus ab operis præſtandis non erat liber. GROT. *ibid.* Manumiſſio ad ful-fre-al certas requirebat ſolennitates, quæ in lege ROTHARIS enarrantur. Qui a cenſualibus oneribus liberi erant, in quibusdam Germaniæ provinciis bargildi, a bar liber & gild cenſus ſive præſtatio vocabantur. Vid. *chron. Gottwicenſe lib. II. p. 236.* & diploma apud LEVCKFELD. *in append. ad antiquitates Poeldenſes p. 252. n. 1.*

c Imperfecte manumiſſi ſaltem libertatis umbram conſequebantur, manebantque in obſequio & ſervitio domini. Formulam habet MARCVLFVS *lib. 2. c. 3. vid. &* CANGIVS *l. c.* Hi erant, qui ledilia continebant, & Lidi, ut monitum, dicebantur, atque ab aliis agricolis diſtinguebantur. Apud Hennebergios Rhoram Fuldenſis eccleſiæ monaſterium, uno terrarum diſtrictu, agricolas numeraſſe lidos 8. ſervitores 78. Saxones 18. ſlavos 75. colonos 30. tributarios 39. BROWERVS *lib. 3. antiquit. Fuld. p. 208.* tradit. Nonnunquam etiam integræ communitates manumittebantur. *Vide diploma*

Digitized by Google

rum potiores ſunt manumiſſio *d* in eccleſia, *e* per chartam *f* &

ploma Guilielmi abbatis beati Dionyſii in Francia, ejusque loci conventus, in quo, *homines de corpore*, id eſt glebæ adſcripti, *de villis in Garenni ſcilicet de villa nova de Ginevillari, de Aſneriis &c. manumittuntur a foris maritagio, capitigio & ab omni alio genere ſervitutis, quocunque nomine cenſeatur, in perpetuum abſolvimus &c. non remittimus tamen ei reverentiam & alia obſequia, quæ ratione patronatus a manumiſſis manumiſſoribus jus exigit exhiberi.* DV BLET *l. 3. p. 907. & p. 847.* habetur *charta* SVGGERII *abbatis ejusdem argumenti. Plur.* CANG. *gloſſ. voc. manumiſſio t. 2. p. 413. 414.*

d Vide CANGIVM *in gloſſ.* HACHENBERG *diſſ. 2. §. 22. ſeqq.* POTGIESERVM *l. 3. c. 1.* MEINERSEN *diſſ. 3. de manumiſſionibus & redemtionibus hominum propriorum.* Vbi varii manumiſſionum enarrantur modi. De Longobardorum modo manumittendi per ſagittam agit PAVLVS DIACONVS *lib. I. c. XIII. de G. L.* Solebant propter nativitatem filii regis manumitti *Form. 39. apud* MARCVLFVM, ubi tres homines ſervientes in utroque ſexu in unaquaque villa juſſu regis ſunt manumittendi, & *lib. 2. c. 52.* Citant quoque hanc in rem GREGORIVM TVRONENSEM *lib. 6. c. 23.* Sed ille falſtem de captivorum relaxatione, cum Chilperico filius naſceretur, loquitur. Ceterum domini feudales in Francia, inconſulto domino ſuperiore, ſervos manumittere non potuerunt. *Nus vavaſors ne gentyhomme puet franchir ſon home de cors en nule maniere ſans l'aſentement du Baron, ou du chief Seigneur, ſelon l'uſage de la cort laic. Stabilim. S. Ludovici l. 2. c. 34.*

e Conſuetum erat has manumiſſiones ad altare, vel circa altare fieri, manumiſſique plenam adipiſcebantur libertatem. *Lib. II. leg.* LIVTPRANDI *n. III. tom. I. part. II. p. 52. 53. S. I.* hæc leguntur: *Si quis ſervum ſuum, aut ancillam in manu regis dederit, & ipſe princeps eos per manus ſacerdotis circa ſacrum altare liberos dimiſerit, ſic permaneant liberi, ſicut illi, qui fulfreal thingati ſunt.* Multa egregia ad hoc argumentum ſpectantia, habet CANGIVS. Vide quoque FORN. *ſelect. lib. I. p. 17. ſeqq. t. 2. p. 417.* Manebant tamen in mundeburde eccleſiæ POTGIESER *l. 3. c. 2. §. 8.* Si qui teſtamento libertatem nacti, manumiſſionis actus, poſt teſtatoris mortem, circa altare in æde ſacra geri ſolebat, ut ex L. 3. Aiſtulphi apparet. Teſtamenti executori, ut hanc curaret manumiſſionem, incumbebat, qui obinde evocatoris nomine venit.

f Manumiſſio per chartam, per ſcripturam, tabulas teſtamenti, & libellum fiebat, unde tabularii CANGIVS *l. 2. p. 419.* BALVZIVS *ad Capit. tom. 2. p. 1077.* chartularii *Capit. lib. 6.* *apud*

& per denarium. g

§. XXII.

apud BALVZ. *p. 960. §. 213. Qui per chartam, aut per hantradam ingenuus eſt, & ſe ille foris demiſerit, tunc ille leodis in domicum veniat, & ſuis peculiariis traditum jam dicto domino non fiat. Capit. 3. anni 713. apud* BALVZIVM *tom. I. p. 512. Vid. etiam Capit. 3. apud* BALVZIVM *p. 760. & chartam ex veteri codice bibliothecæ regiæ deſcriptam apud* BALVZIVM *tom. I. p. 395.* Hi integram non ſolebant conſequi libertatem, ſed ſub conditione operarum, aut cenſus pecuniarii manumittebantur; unde hi præcipue conditionales dicti ſunt. *Vid. chron. Caſſinenſe lib. I. c. X. tom. IV. ſcriptor. Ital. p. 174.*

g Hæc manumiſſio fiebat coram rege & fidelibus ejus, excuſſo de manu ſervi, vel jactato denario, quaſi illo libertas redimeretur. *Form.* MARCVLFI *lib. 1. c. 22.* legitur: *& qui apoſtolicus, aut inluſter vir ille ſervo ſuo nomine illo, per manum illius in noſtra præſentia jactante denario, ſecundum legem Salicam dimiſit ingenuum. Conf. appendix* MARCVLFI *form. 24. apud* BALVZ. *tom. 2. p. 449. & form. 46.* PITHOEI *gloſſarium p. 690. tom. 2.* BALVZIVS *pact. legis Salicæ tit. XXX. &* BIGNONIVS *ad leg. Salicam p. 839.* In diplomate Ludovici de anno 906. *apud* GVILIMANNVM *de rebus Helvetiæ l. 2. p. 239.* habetur: *Quia nos rogatu Puruchharti, dilecti comitis noſtri, quendam proprium ſervum noſtrum, Johan nominatum, in præſentia fidelium noſtrorum per excuſſionem denarii de manu illius, juxta legem Salicam, in eleemoſynam noſtram liberam dimiſimus.* BIGNONIVS *ad formulas* MARCVLFI *p. 905.* obſervat, cum hujus capitis legis Salicæ *tit. 28. 30.* mentio injiciatur, illudque tamen non extet, plura haud dubie legis Salicæ fuiſſe capita, quam tum exſtabant. Ejuſmodi manumiſſus homo denariatus vel denarialis dicebatur. *Capitulare* DAGOBERTI *de anno 630. c. 57. §. 4. Capit. de anno 803. §. 8.* atque plerumque plenam accipiebat libertatem CANGII *Gloſſ. t. 2. p. 421.* In diplomate Henriciano de anno 1013. ſequens occurrit formula: *Quendam ſui juris ſervum nomine Weranhardi, excuſſo de manu ejus noſtra manu denario, liberum fecimus.* Ex MEICHELBECKIO hanc formulam refert *chron. Gottwicenſe lib. 2. p. 236.* Dicebatur hic modus manumittendi per inpares, id eſt in votum regis dimittebatur. Vid. HORATII BLANCI notas ad PAVLI WARNEFRIDI *de reb. geſtis Longobardor. tom. I. part. I. ſcriptor. Ital.* De voce inpans GROT. *in nominibus appellativis Gothicis Vandalicis & Longobardicis* hæc habet: *Impans in-pand. oppignoratus idest, ſervus regi traditus ſub fiducia ut eum manumittat. Cæterum, qua lege ſervi eccleſiæ fuerint manumiſſi, traditur in* ACHERIANO *ſpecilegio tom. I. p. 543.*

Digitized by Google

§. XXII.

Neque ſervitutem in Germania jam penitus ſublatam a

p. 543. De manumiſſionibus in Italia receptis agitur, in LVITPRANDI *legibus lib. V. c. 14. c. 138. L. 225.* ROTHARIS *Ludov. Auguſt. L. 31. part. II. tom. I. ſcriptor. Italic. chr.* VVLTVRN. *ibid. & chron. Farf. tom. II. S. I.* Manumiſſionis denarialis exemplum occurrit in diplomate Berengarii de anno 912. quod MVRATORIVS *in antiquit. Ital.* allegat. Adde Ottonis III. diploma apud MARTENE *tom. I. anecdot. p. 104.* & *formulas Sirmondianas* apud BALVZIVM. Subſequentibus deinde temporibus manumiſſiones in templis frequentiores eſſe cœperunt. Manumiſſionum chartas habet MVRATORIVS *l. c. p. 558. ſeqq.* Solebant domini, quando ad libertatem tranſibant, illis, quicquid mobilium & immobilium ſub peculii, ſive peculiaris nomine habebant, relinquere. Si manumittens filios habebat, ex Aiſtulphi L. 3. ſervorum pars manumitti non potuit.

a CONRING. *in exercit. de urbib. German. §. 87.* poſt annum Chriſti nonagenteſimum deſiiſſe, affirmat: Verum huic ſententiæ calculum adjici non poſſe, oſtendit HERTIVS *de hominib. propriis*, cum & ab illo tempore eorum paſſim adhuc in diplomatibus & chartis fiat mentio. Notat SPANGENBERG. *in chron. p. 110.* ſecul. XII. in Saxonia quamplurima ſuperfuiſſe mancipia. Imo & ſecul. XIII. adhuc duraſſe, ex variis pontificum decretalibus conſtare, ut & veteri inſtrumento eccleſiæ Petrinæ Leodienſis de anno 1250. ex MOLANO *de canonicis c. XXX.* tradit GVDELINVS *de jure noviſſimo L. I. c. IV.* Atque circa finem circiter ſeculi XIII. ſervitutem in Belgio & pleriſque aliis locis finem habuiſſe, arbitratur BODINVS *lib. I. de republ. c. 5. ann. 1250.* ſervilem conditionem ubique exoleviſſe, autumat: Sed ne hoc quidem de Francia aſſeri poteſt. Non ſolum enim CANGIVS *t. 2. p. 414.* affert diploma Philippi Pulchri de anno 1302. in quo magiſtro G. de Cilliaco præcipit, certum ſervorum numerum manumittere, accepto ab iis libertatis pretio; ſed & Ludovici Hutini de anno 1315. quod in ſpicilegio ACHERIANO *tom. XI. p. 386. 387.* reperitur, ex quo ſequentia referre, conſultum puto. *Nous conſiderons, que notre Royaume eſt nommé le Royaume de Francs, & veullant, que la choſe en verité ſoit accordant au nom, par la deliberation de notre grand conſeil avons ordoné & ordonons, que generalement par tout notre royaume de tout comme qui peut appartenir a nous, & a nor ſucceſſeurs, tels ſerviteurs ſoient ramené a franchiſe &c.* HERTIVS, ſenſim illud in Germania, & maxime ſub Suevicis imperatoribus, contigiſſe, opinatur, poſteaque in chartis non ſervo-

Digitized by Google

putaveris, ſed in hominibus propriis *b* in territoriis nonnullis durantibus, ut & in ruſticis plerisque *c* aliqua ex parte

ſervorum, ſed hominum propriorum nomen reperiri. Huic accedunt, qui anno 1212. Friderici II. tempore ſervos non amplius repertos affirmant: Aſt ut ſileam, in hominibus propriis, maximam partem ſervilis ſortis ſupereſſe, hujus ſententiæ veritati obnituntur, quæ TESCHENMACHER *in annalibus Cliviæ* memoriæ prodit, quod Otto Cliviæ dux anno 1307. prohibuerit, ne homines ſervilis conditionis eccleſiæ Santenſis in aliorum oppidorum Clivenſium cives adſcriberentur. Vid. quoque *dipl. Caroli IV. apud* HEDAM *p. 248.*

b Hominum propriorum conditionem in Weſtphalia, Pomerania, Haſſia, Mecklenburgo, Holſatia, Pruſſia, Polonia alibique non æque mitiorem eſſe, licet alibi mollius, alibi durius habeantur, recte contemplantibus facile conſtabit. WINKELMAN *chron. Haſſiæ p. 369.* MICRAELII *annal. Pom. L. 4. p. 550. De territ. Brunſ. conſ. conſtit. Henrici de ao. 1433. apud* SCHOTTEL. *p. 48. ſeqq.* Atque nonnullis in locis domini, licet juriſdictionem altam non habeant, in homines ſuos proprios vitæ & necis jus exercent, quod in Pruſſia & Polonia non infrequens eſſe, novi. Conjicio, moderatiores Germanos ex ſua potiſſimum gente Chriſtianos ſervos habere, ſibi dedecori putaſſe, & ſub hominum propriorum nomine, mollius quid forſan ſuadente, ex hoſtibus captos tantum, aut ære redemtos gentiles, a Chriſtianiſmo deinceps quoque abhorrentes, huic vinculo deſtinaſſe; ſive ex gente devicta, aut alio ſibi titulo ſubjecta, quos in paganiſmi erroribus pertinaces videbant, ſibi aut fidelibus ſuis in homines proprios conſtituiſſe, videntur. Et cum gentes illæ, ubi homines proprii ſuperſunt, poſtquam Chriſto nomen dederant, cum infidelibus ſæpe habuerint bella, aut Chriſtiani principes his præfecti partem aliquam antiquorum ſacrorum tenaciſſimam rexerint, inde ſervorum conditio penes eos continuata, quam deinde, licet & mancipia nonnunquam in nomen ſaltem Chriſtianorum concederent, ob inſignem ex illa lucrum, remittere ſuperſederunt.

c Ruſticorum præcipue ſortem paſſim a mancipiorum fortuna non ita procul abeſſe, candidiores quique fatentur. *Domini* THOMASII huc collineant, quæ *in diſſ. de hominib. propriis* habet. *Porro videtur juriſdictio patrimonialis nobilium in ruſticos nihil alind eſſe revera, quam antiqua illa poteſtas dominorum in ſervos, ſeu homines proprios & libertos parum a ſervis differentes.* Suſpicor, & in Polonia agricolas Kmetonum, mancipiorum alias, nomine venire, imo & deinde ad oppidanos ignobiles, ex ſeculi vitio, vocabulum extenſum. HARTKNOCH *de rep. Polon. l. 2. c. I. §. 1.*

Digitized by Google

te continuari. Hoc ex iis, quæ de ſtatu ruſticorum Germaniæ amplius dicturi ſumus, magis eluceſcet.

§. XXIII.

Hominum propriorum & ruſticorum, qui domino prædiali ſubſunt, matrimonia, aut res matrimonialis, qualis eſt dos, pacta nuptialia, transactiones & côntractus, præfecti & domini prædialis confirmationem ſæpe requirunt. Ut taceam alia laxioris & ſtrictioris obſequii, quæ inter cives & ruſticos intercedunt, commata. Cæterum diverſis de ſtatu hominum propriorum & ruſticorum, an ſcilicet liberis an vero ſervis accenſendi ſint, ſententiis conciliandis inſervire videtur, quod non eadem ubique omnium ſit ratio & conditio, ut ita ſtatus eorum una deſcriptione exprimi nequeat. Fatendum eſt, ſi homines proprios & ruſticos noſtros examinamus, ſecundum indolem ſervitutis, quam priſtina habebat Germania, qua ſervorum quidam ſuam quisque ſedem, ſuosque regebant penates &c. qui ceteroquin dominorum ſuberant arbitrio, licet plerumque molliori, merito ſubſcribendum opinioni, ruſticos & inprimis homines proprios ad ſervorum claſſem ſpectare. Quod ſi vero eos cum ſervis, quorum miniſteriis per familiam deſcriptitiis Romani utebantur, quique ipſis non perſonarum, ſed pecudum numero erant, comparamus, homines proprii liberorum cenſui cum addito, inprimis in terris illis, ubi mollius habentur annumerandi erunt. Habent enim in plerisque locis 1) jus commerciorum etiam cum domino, 2) emendi vendendive facultatem, modo fundum aut ea, quæ ad ipſum pertinent, non alienent, 3) quiquid extra operas domi-

dominis (den Guts-Herrn) debitas acquirunt, ſibi acquirunt, unde etiam theſaurum in fundo domini non data opera repertum, pro dimidia parte ſuum faciunt, 4) in judicio ſtare poſſunt, 5) teſtamenti condendi poteſtatem habent, niſi aliquibus in locis hæc facultas expreſſe hominibus propriis ſit ademta; ſic in Gallia absque domini conſenſu teſtari nequeunt, 6) ab inteſtato ſuccedunt, 7) teſtimonium pro domino & contra dominum dicere poſſunt, quamvis pro teſtibus omni exceptione majoribus non ſint habendi, 8) cædi, & verberari, affligi, & ex domini juſſu torqueri nequeunt. ZASIVS *intellect. ſingul. fol.* 33. 34. 35.

§. XXIV.

Sunt tamen, quæ plenam eorum libertatem impediunt, a utpote 1) quod plerumque glebæ ſint adſcripti, & prædia non ſibi, ſed dominis poſſideant, quibus pro arbitrio & voluntate dominorum expelli poſſunt, niſi lex provincialis aut conſuetudo obſtent. 2) liberi non patrem, ſed matrem ſequuntur; ex matre enim, hominis proprii conditionem habente,

a An Polonorum Kmethones, ideſt ruſtici, a Romanorum mancipiis notabiliter differant, ut IACOBVS OTTO in tractatu von der Leibeigenſchafft aſſerere videtur, non ſatis certum. Id dubio procul eſt, duriſſime illos haberi. Stephanus Poloniæ rex traditur, duritiem illam 1582. abrogare voluiſſe, ſed tantos ipſi poſitos obices, ut a propoſito deſiſtere, coactus fuerit. Porro negari nequit, quamplurima adeſſe regum Poloniæ ſtatuta, quæ Kmethorum libertati ſatis favent: Verum horum non uſu eorum libertati penitus derogatum. Vid. Conſtit. var. apud HERBERT de FVLSTEIN *ſtat. regn. Polon. ſub tit. Kmetho.* OLIZAROVIVS *de politica homin. ſociet. lib. I. c. XI.* Certum eſt, ſervitutem duriorem in Polonia eſſe, quam poſt Antonini conſtit. apud Romanos fuit. *Stat. Prihiſc. lib. I. c. 12.* BRESNERI *inſtit. jur. regn. Polon. lib. 1. tit. 21.*

bente, homines proprii naſcuntur, licet patrem habeant liberum. Si quis liber, ſe alterius hominem proprium faciens, ſtipulatus fuerit, ut id ex ſe & conjuge ſua, quod primogenitum eſt, libertatem conſequatur, ex gemellis primogenitus in epiſcopatu Oſnabrugenſi tantum libertatem adipiſcitur, quoniam tale jus, ex pacto ſingulari, ſtricte eſt interpretandum, & ſi tale pactum non adeſt, uterque gemellus fit homo proprius. Oportet tamen ut ille, qui hoc modo libertatem impetrat, intra ſex annos, ſi aliud non obtineat ſpatium, literas libertatis (den Frey-Brief) redimat, quod ſi hoc neglectum, æque ac ſi libertas non promiſſa, majoribus ſumtibus tales literæ ſunt comparandæ. Porro 3) homines proprii poſſunt vendi, & ſi fundus, cui adſcripti ſunt venditur, cum eo etiam tacite ad emtorem, tanquam res pertinentes, proficiſcuntur, niſi ſpecialiter ſint excepti. 4) Matrimonia eorum non ſunt libera, ZELLERI *præjudicia p. 76.* WEIXER. *part. III, diſſ. 9.* 5) Nec ſacerdotia, nec ſecularia officia adire poſſunt, nec artem aliquam addiſcere, aut ſcientiam, vel dignitatem aliquam conſequi, niſi domino permittente. Sic conſtat, Erneſtum Marchionem Badenſem Nicolaum Freyen von Schulbach, ex nexu dimiſiſſe, ut, jam artium liberalium magiſter, ſummos in jure honores adipiſci poſſet. Vid. Oſnabrugiſche Eigenbehörungs-Ordnung *c. II. & c. IV.* §. 17. item WEHNERVM *in voce* Dingnatel. Hæc, quæ propoſuimus, faciunt, ut ab aliquibus homines proprii, mixtam habere dicantur naturam, aliquid ex ſervitute & aliquid ex libertate trahentem. ZAS. *ſingulor. reſponſ. lib II, c. 7.* BALTHASAR inquit: *Homines proprii alibi ſervitutem, alibi libertatem habent.*

§. XXV.

Digitized by Google

§. XXV.

Operæ itaque pretium duximus, miſſis jam anterioris ævi agreſtium ſortem concernentibus, quæ de ſtatu ruſticorum noſtri temporis, ejusque, qui ad nos propius accedit, notatu digna conquirere potuimus, contemplationi noſtræ adhuc ſubjicere. Rara autem erunt territoria, ubi exacte antiqua ruſticorum ſtatus diſtinctio retinetur. In epiſcopatu Hildeſienſi, veſtigia quædam ejus exſtare, arbitror. Et terræ Brunſuicenſes, aliæque Germaniæ, ſtatu diſcrepantes quoque complectuntur agreſtes.

§. XXVI.

In præfectura Steurwaldenſi dantur familiæ liberæ Freydings-Höfe, quarum poſſeſſores vocantur Freymannen, & habent libertatis conſervandæ curias Freydings-Gerichte, de quibus in capite de judiciis agetur. Sunt & familiæ Litonum, Meyerdings-Leute und Höfe, quæ ſuas habent curias, Hägermanni in terris Brunſvicenſibus, ut & familiæ colonorum geiſtliche, adliche, und Herrn-Meyer, nec non qui jure perpetuæ coloniæ vel ſimplicis locationis ruſtica adminiſtrant prædia, Erbpächter oder jährliche Penſionarii, qui quoad jus ſtatus ab iis, qui præfecturis principum ſubſunt, non diſtant. Horum quos æque ac laſſitica curmedicaque prædia tenentes originem ſuam ſervili conditioni debere, dominus STRUBIUS *de jure villicorum* probatum ivit. Nec ut dubium cuidam ſupereſſet, in territoriis illis Saxoniæ, hodie inferioris voce venientis, ſervos

quo-

quoque extitiſſe, nonnulla teſtimonia ex domeſticis advocat ſcriptoribus. *a*

§. XXVII.

Non tamen colonorum, in hac Saxonica gente vetuſtioribus temporibus, omnes ex ſervis ſumti, liberi etiam conducticia, ſub certis penſionibus, prædia habuere. Conſultum puto,

a Faciunt huc, quæ in diplomatibus *Verdenſ. & Bremenſ. apud* SCHAT. *in hiſt. Weſtph. p. 505. & 514.* reperiuntur, quorum tamen fides, æque ac diplomatis, quo Carol. M. Lothuſam in pago Brabantæ, Ludgero donaſſe dicitur SCHATEN *in hiſt. Weſtph. p. 601.* ECCARDO *in vindiciis cenſuræ diplomatis Oſnabrugenſis adverſus Nuningbium* ſuſpecta viſa eſt. Mentio ſervorum quoque fit in diplomate *Henric. IV. de anno 1062.* quo ADELBERTO, Hamburgenſis eccleſiæ archiepiſcopo curtem ſuam *Lieſtmuone in comitatu marchionis Vdonis in pago Wimodi ſitam,* dono dat *cum univerſis appendiciis hoc eſt utriusque ſexus mancipiis &c.* Idem habetur in confirmatione hujus donationis, aliarumque præcedentium imperatorum, Carol. M. nempe ejusque ſucceſſorum, a Friderico imperatore anno 1158. HARTWIGO eccleſiæ Hamburg. & Bremenſ. archiepiſcopo facta. In deſcriptione fundationis *monaſterii Rheinhuſani ab Hermanno comite de Winzenburg* inſtituti, *a Rheinhardo primo abbate* circa annum 1100. conſcripta, litonum & miniſterialium mentio fit. Sic & in diplomate Lotharii Saxonis imperatoris, quo *monaſterio Riffenbergenſi* donat *villam Bennicherod. &c.* mancipia quoque traduntur. In diplomate Adolphi, quo eccleſiæ cathedrali Halberſtadienſi anno 1295. jus eligendi Epiſcopos confirmat, ſequentia continentur: *Vna cum teloniis ac monetis & regio banno in utrisque locis tenendis & accipiendis & regalem heribannum ſuper milites, liberos & ſervos ejusdem eccleſiæ, & noſtræ præceptionis regia autoritate præfato epiſcopo, & ejus eccleſiæ ſuisque ſucceſſoribus denuo donamus, atque confirmamus, præcipientes ſimiliter regio juſſu, ut nullus judex publicus, ſeu qualibet judiciaria perſona ejusdem ſedis litos, ac colonos, ſeu quoslibet viros, ad ipſam ſedem variis modis inquiſitos, vel adhuc inquirendos, quolibet modo diſtringere debeat, ſed maneat ipſius loci epiſcopo facultas propria, qua de his juſte voluerit, faciendi.*

puto, hanc in rem ſequens diploma ſubjungere. „ In nomi-
„ ne ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus
„ Sancti ADALBERO, Dei gratia Hamaburgenſis archiepi-
„ ſcopus omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in perpetuum. Quis-
„ quis ſapit, rem ſuam ſic affectat agere, eoque confirma-
„ tionis ſeu moleſtiam ſuper hac a quoque in antea ſuſtinere.
„ Quapropter & teſtes idonei convenienter cauſis agendis in-
„ tereſſe cenſentur, & de geſtis privilegia diligenter conſcri-
„ buntur, per quæ tam futuris, quam præſentibus, quæ ſunt
„ acta, perpetuo legenda, firmiterque tenenda traduntur.
„ Notum igitur ſit omnibus turbæ fidelium, tam nunc, quam
„ in perpetuum, qualiter & nos & domina duciſſa Gertrudis,
„ & filius ejus Henricus puer dux Saxonum, una cum fideli
„ noſtro Alberto marchione illuſtri principe, paludem auſtra-
„ lem, ſcil. villis iſtis Sandau, Ströbilinghauſen, Dept-
„ münde, Haßbergen, conterminam, æqua inter nos por-
„ tione diviſimus, & ab omni tam nobilium, quam miniſte-
„ rialium, ſeu ruricularum appellatione liberam factam, habi-
„ tatoribus excolenda dedimus, melius & utilius exiſtiman-
„ tes, colonos inibi locari, & ex eorum nobis labore fructum
„ provenire, quam incultam & pene inutilem eam permane-
„ re. Erat autem hæc nobis cum colonis illis conventio, ut
„ quotquot ibi manſi habeantur, totidem nobis a poſſeſſoribus
„ eorum quolibet anno denarii perſolvantur, quo prædium
„ non ſuum, ſed eccleſiæ & noſtrum eſſe, profiteantur, & de-
„ cimam frugum & porcellorum, & anſerum, avium & ca-
„ prorum, atque apum examinum, ſecundum uſum terræ no-
„ ſtræ, dare non negligant, ſed & poledrum denario & vitu-
„ lum

Digitized by Google

„ lum dimidio redimant. Concedimus etiam, ut ad honorem
„ Dei eccleſiam ſibi conſtruant, conſtructæque prædium, quo
„ ſacerdos ibidem miſſas celebrando, baptizando, mortuos
„ ſepeliendo, miniſtraturus ſe paſcat, conferant, & in ſyno-
„ dalibus, quem eis providerimus, rectorem habeant. In
„ placitis vero ſecularibus, eum, quem ſibi præficimus, au-
„ diant, & defunctis patribus, tam filiæ, quam filii eorum
„ allodia pari diviſione ſuſcipiant. Tribus etiam annuatim
„ diebus ad placita ſui advocati, ex condicto veniant, & ban-
„ num pro quolibet ſuo commiſſo, tantum quatuor ſolidis re-
„ dimant. Si quis ad nos liber intraverit, & ſe, ſicut eſt, li-
„ berum profeſſus fuerit, libertate ſua, ſi velit, utatur, ſin
„ autem, niſi prius relictis bonis, nequaquam alius, quam ec-
„ cleſiæ proprius fieri permittatur, ſi vero alius ſe ſervum fe-
„ cerit, prædio ſuo careat, & ad uſum archiepiſcopi illud
„ abſque contradictione perveniat. Similiter qui venerit, &
„ ſe ſervum eſſe non negaverit, hæres ejus in ſuſcipiendo ma-
„ trimonio illi ſuccedere poterit, qui ſi defuerit dominus ejus
„ a ſuſcipienda hæreditate ſua omnino excluſus ſit, ſed archi-
„ epiſcopus illam accipit. Porro, qui, cum ſit ſervus, ſe li-
„ berum eſſe jactaverit, & in hoc mendax probatus fuerit, ad
„ dominum ſuum cum ſupellectile propria, ſi repetitur, rever-
„ tatur, & terra, quam habuit, ad archiepiſcopum ſine re-
„ penſatione pretii redigatur. Si quis ancillam alterius, niſi
„ eccleſiæ, duxerit, hæreditas illius filiis, ac filiabus ſuis non
„ provenit, ſimiliter & fœmina, quamvis libera, ſi alicujus vi-
„ ro proprio, niſi eccleſiæ, nupſerit, quia ſe quoque ſervi-
„ tuti obnoxiam fecit, viro ſuo adhæreat, & prædium eccle-

„ ſiæ relinquat; præterea ſi aliquis prædia ſua, ut ſæpe ne-
„ ceſſitatis cauſa fit, vendere velle contigerit, primum ar-
„ chiepiſcopo, ſi ſicut alius comparare velit, exhibeat, quod
„ ſi noluerit archiepiſcopus, alii cuilibet emere licebit; at-
„ tamen &, quod is, qui vendidit, annuatim debuerit, & hunc
„ ſolvere poſtmodum oportebit. Ne quis autem poſterorum
„ ipſorum hanc conſtitutionem noſtram in toto, vel in par-
„ te frangere, vel deſtruere præſumat, paginam hanc con-
„ ſcribi & ſigilli noſtri, impreſſione inſigniri & teſtium no-
„ mina ſubſcribi juſſimus. Hæc ſunt nomina teſtium Adal-
„ bertus præpoſitus, Bonifacius præpoſitus, Lutfredus præ-
„ poſitus Capellani, Otbertus, Hartivicus, Peregrinus, Ger-
„ trudis duciſſa, & filius ejus Henricus dux, nobilis Egilma-
„ rus, comes Gerbertus, comes Thetmarus de Wimodia,
„ Adolfus, Henricus, Tidericus, Zuthardus, Everhardus,
„ Gerlacus, Bernhardus, Ludolfus miniſteriales, Luiderus
„ advocatus, Theodoricus, & Thiedericus, Hatbertus, Ge-
„ rungus, Willo, Egelcertus Albero, Hildewardus, Arnol-
„ dus, Udo, Werno, Dudo, Chriſtianus, Gerwardus. An-
„ no incarnationis Domini mill. cent. XLII. indictione V.
„ anno dom. Conradi regis VI. anno vero domini Albe-
„ ronis venerabilis Hammenburgenſis archiepiſcopi XX.
„ Actum Breme III. nonas Septembris. Amen Amen.

§. XXVIII.

In receſſu ducat. Luneb. de anno 1392. continetur.
Desglicken ſchullen der Prælaten und Männer derer Geſin-
de,

de, Meyer, edder egen Lude, noch eres einiges Guth hindern, erder beſetten um Schuld, man hebbe ſe erſt vor öhrem Herren verklagt. In reſolutione, ſtatibus provincialibus Hojenſis comitatus anno 1697. data, habentur. Meier [a] Halbmeier, Egget, und andere Köhter Coſſaten Accedunt & his aliquando ii, qui Heuslinge vocantur, qui in ducatu Brunsvicenſi absque conſenſu magiſtratus ſub trium florenorum pœna recipi non poſſunt. *Ordin. provincial. art.* 22. Hanc conſtitutionem ſaluti rei publicæ convenientem puto. Sub larva enim ejusmodi hominum ſæpe magni nebulones, a laboribus abhorrentes, & proſtibula latitare ſolent. Quem in finem in *receſſu provinciali de anno* 1601. ſalutariter conſtitutum, illos, qui nulli operi aut operæ ſe addicunt, inſtar mendicantium eliminandos eſſe. In hoc ducatu ruſtici potiſſimum diſtinguuntur in Voll und Halbmeier, qui & alia nomina habent, quæ recenſet ENGELBRECHT *de*

 operis

[a] In Holſatia alii ruſticorum liberis accenſentur, alii ſunt in proprietate dominorum. Illi in quadruplici ſunt differentia 1) Höffner 2) Köters 3) Bodeners 5) Inſten. Primi unum manſum, vel hubam, ut vocant, ſecundi dimidiam, tertii tertiam partem, ultimi vero nihil poſſident, neque proprias, ſed alienas ædes, certa mercede ſoluta, inhabitant, unde iidem cum inhabitantibus, qui Häuslinge vocantur, eſſe videntur. Ante enarrati jam facultates ſuas proprio jure tenent: Proprii vero homines in plena quaſi ſunt proprietate dominorum, qui certo reſpectu de ipſis eorumque bonis pro lubitu diſponere poſſunt. In terris tamen, quæ Marſchländer dicuntur, alia eſt ratio. Ibi enim certum canonem annuum domino ſolvere obligantur, præter quem ei nullam rem obligantur, niſi quod ipſius dominium & judicium agnoſcere, obſtricti ſint. In ducatu Mecklenburgico ruſtici in liberos & proprios dividuntur. Vtrique in plenos volle oder gantze Bauren, & ſemi plenos halbe Bauren, Kotſaſſen, qui dimidium ſaltem agrorum, quibus pleni utuntur, habent; certum tamen, cum homines proprii nihil proprii habeant, iis diviſionem in plenos, & ſemiplenos non niſi improprie competere.

operis ruſticorum §. 26. ut & in Handfröhner, Köter, Kotſaſſen; item Brinckſitzer und Hinterſätler Gandersheimiſcher Landtages Abſchied *de an.* 1601. §. 29. FRITSCH *de jure pagorum C.* 8. *theſ.* 7.

§. XXIX.

Nullum puto habere dubium, ſi quis prædio ſervili adhæret, eum pro homine proprio eſſe habendum, neque ad hunc caſum Romanorum axioma, pro libertate præſumendum eſſe, ſpectare. In libertate autem probanda admittuntur etiam conſanguinei & affines, quoniam maximus eſt in jure communi libertatis favor, & neceſſitudine, aut attinentia illi, de cujus ſtatu quæritur, juncti optimam ſtatus ejus notitiam habere creduntur. Porro agricolatio præſumitur, ſi dominus in quaſi poſſeſſione eſt operarum: Sunt tamen, qui putant, & hic argumento actionis negatoriæ in petitorio domino probationem incumbere, a quibus MEVIVS LYNCKERVS, & uterque COCCEIVS diſcedunt. Vid. L. B. *de* COCCEII *jus controverſ. tit. ſi ſervit. vindic.* Cæterum ſi agricolatio probanda, id non ſolum fieri poteſt documentis, qualia ſunt libri cenſuales recte formati, & juramenti delatione, ſed & aliis argumentis, ut bonis, in quæ ſucceditur, tali qualitate affectis, origine paterna & materna, ſolutione cenſus, qui dicitur Leibpfennig, Leibdienſt, Leibbeht, ſi quis ſe alterius hominem proprium profitetur, præſcriptione longiſſimi temporis, quam Germanico juri conventiorem arbitror. Sunt qui immemorialem requirunt, quoniam jure communi contra libertatem nulla admittitur præſcriptio. l. f. C. de præ-

præſcript. long. temporis, hoc tamen ad vetuſtatem temporis, quæ præſcriptio juris naturalis vocatur, non ſpectare dicunt. Verum quum apud nos libertas non ſit res ita inæſtimabilis, quia ruſtici liberi ab hominibus propriis non procul abſint, tanto temporis tractu, ut hominis proprii qualitas ex lapſu temporis, & negligentia, animum derelinquendi præ ſe ferente, conſtituatur, non indigemus. Actio, a quæ de ſtatu hominis proprii, aut ruſtici inſtituitur, præjudicialis dicitur, vel actio confeſſ. & negatoria utilis. Habet etiam provocatio ex l. *diffamari* locum, ſi quis traducitur, ac ſi homo proprius eſſet, cum tamen liber ſit.

§. XXX.

Qualitas autem hominis proprii amittitur 1) manumiſſione durch einen Freybrief vid. BESOLD, WEHNER, SPEIDEL *in lexic.* 2) ſi quis dominus ancillam, ut liberam alicui

a In terris Oſnabrugenſibus hominum propriorum ſors exoritur 1) nativitate ex ventre 2) deditione in hominis proprii conditionem. In hoc requiritur, ut ab omni alio nexu ſit immunis. Non autem requiritur, ut hic actus judicialiter, aut coram notario & teſtibus fiat, ſed ſufficit ut eſt in ordinat. Oſnabrug. cap. IV. §. 16. Wenn die Perſon, oder deren gnugſam Gevollmächtigter einen Oſnabrügſchen Schilling, oder was, und wie viel ſonſt hergebracht, annimmt darauf in Beyſeyn ihrer oder ſolcher die Dingung auf die Städte oder Kothe vorgenommen, und folglich in des Guts-Herrn Protocoll gezeichnet wird, ſo iſt hiemit die Perſon ohne fürnemliche Renuntiation der Freyheit alſobald eigen. Poteſt autem quis ſe expreſſe aut tacite hominis proprii conditioni addicere. e. g. ſi pollicetur ſe nunquam a fundo receſſurum, aut ſi fœmina, quæ ex hominum propiorum numero eſt, ſibi maritum adjungit, & cum eo fundum ſervientem colit, niſi, nullo fundi nexu, ſed tantum perſonalibus ſervitiis fœmina domino ſit obnoxia. 3) emtione, aut permutatione. Hoc modo ſic dicti Ravens-

Digitized by Google

alicui ſortis ejus ignaro in matrimonium collocat 3) ſi ipſe ſibi ancillam ſuam matrimonio copulat. 4) per diſceſſum a loco, qui aliquem hominem proprium faciebat, permittente domino. 5) ſi in aliquem venit locum, qui a ſervili qualitate liberat. KRANZIVS *in metropol. lib. IX. c.* 20. BRVNING *de var. univerſit. ſpeciebus concluſ.* 40. GOLDAST *rer. Alemann. tom. III. fol.* 79. 6) per acceptam dignitatem, quæ hominibus propriis, ſuffragante domino, impertitur 7) ſi ære libertas redimitur, facitque favor libertatis, ut ſi quis duorum eſt homo proprius, & unus vult manumittere, alius etiam partem ſuam æquo pretio vendere tenetur, quod, ſi obinde controverſia exoritur, judex determinat. LVDOV. MOLINA *de juſtitia & jure tract.* 2. *diſput.* 34. ANTON. FABER *lib. VII. tit. II. defin. unic.* 8) ſi concedente domino alius in hominis proprii locum ſuccedit. 9) per domini excommunicationem apud Catholicos. 10) præſcriptione longi temporis, ſi bona fides adeſt.

§. XXXI.

Quanquam jam in quamplurimis Germaniæ provinciis ruſtici aut homines proprii ſint, aut non multum ſupra illorum ſortem; *a* In Oſtfriſia

vensbergii liberi epiſcopatus Oſnabrugenſis proprii homines ſunt facti. Oſnabrügſche Eigenthums-Ordnung c. II. & III. §. 13. 4) Si qui fundum ſervilem occuparunt, das Schipf oder Huben Lehn in Beſitz, genommen præſtandaque domino per triginta annos præſtiterunt, præſcriptione homines proprii ſiunt.

a In ducatu Bremenſi ruſticorum genus, quod nomine der Erb-Eren venit, reperitur. Hi quidem oneribus

ſia b tamen, hodie Imperii principatu, ad exemplum Suecorum

bus publicis, non tamen prædiali domino eique præſtandis operis obnoxii ſunt. Ex nobilium & ruſticorum conditione aliquid commixtum habere, videntur. Non tamen negari poteſt, eſſe eorum aliquot familias, qui nobiles, quoad jura & privilegia, plane æmulantur. Habent jus ſuffragii in diæta Basdalenſi, & a tributis per privilegium alicujus archiepiſcopi Bremenſis ſunt exemti. Aliæ autem eorum familiæ, propius ad ruſticos accedunt, qui voto & ſeſſione in diætis equeſtribus deſtituuntur, & non æqualibus cum prioribus illis gaudent juribus. Ad poſteriorem claſſem pertinentes, in eo tantum a ruſticis videntur diſcrepare, quod a præfecturæ jurisdictione ſe immunes eſſe, in poſſeſſorio ſummariiſſimo primam inſtantiam in cancellaria, poſſeſſorio autem ordinario & petitorio in judicio aulico habere contendunt.

b Friſia, olim a variis dynaſtis, qui Grietmanni ſive Hauptlinge vocati, poſtea a comitibus, qui in Vlrico Sircena dynaſta Grietzylenſi, a Frideric. III. per diploma de anno 1453. confirmato, RAVINGAE *Chronic. Friſ. pag. 31.* initum ceperunt, recta, jam vero Imperii principi ex diplomate Ferdinandi III. de ann. 1654. parens, habet ſtatus provinciales, nobiles, civitates & ruſticos. *Receſſus provincialis Nordenſis de anno 1620. art. 91.* Comparent in comitiis provincialibus per deputatos, quorum requiſita, modusque illos conſtituendi, in dicto receſſu indicantur, gaudentque voto deciſivo. *Conf. quæ acta in conventu Auracenſi anno* 1600. Autor collectaneorum, quæ ſub hiſtoriæ Oſtfriſicæ nomine nuper comparuerunt, *tom. 1. l. 1. c. 9. p. 170.* ante motus inteſtinos ruſticos in numero ordinum provincialium non fuiſſe, exiſtimat; occaſionem itaque, ut ruſtici deliberationibus de reipublicæ negotiis acceſſerint, turbas ſub Ezardo II. præbuiſſe, ubi motuum auctores agreſtibus, quod hoc jus olim eis competierit, inſpiraſſe, ait, atque injuria eo privatos, tempusque adeſſe commodum, ad antiquum redeundi ſtatum. Quibus deinde perſuaſionibus facile morem geſſiſſe dicuntur; atque tandem eo rem pertigiſſe, ut ab Ennone, poſt Edzardi mortem, ad diætam provincialem, quæ Embdæ celebrabatur, vocarentur. Verum huic aſſerto obſtare videtur libertas illa peculiaris, qua hæc gens ab antiquo gaviſa eſt. Vid. *diploma Sigiſmundi de anno 1417. Conſtantienſe, ut & fœdus inter Status provinciales ad locum, qui Vbſtalsbom in terra Auriacenſi dicitur, anno 1430. initum.* EMMIVS *lib. XIII. hiſtor. Friſica.* VBRICVS A WERDVM *in diſcurſo politico.* Neque ab iis conventibus agreſtium, libertate gaudentium, deputati excluſi ſunt. Sicut enim in partem onerum, ita & in partem regiminis haud dubie

corum *c* olim etiam Danorum, *d* Statuum provincialium jure utuntur. Imo cum in diætis territorii Magdeburgici & Halberſtadienſis provincialibus clerus & nobiles, plerumque ſe jungendo, majora facerent, in deliberationem venit, annon & ruſticis ſuus eſſet conſtituendus ſyndicus. *e*

venire voluerunt. RAVINGAE *chronicon Oſtfriſiæ p. 11.* Spectant huc, quæ habet EMMIVS *l. 21. hiſt. Fris. plebi ruſticæ ſua jura, a majoribus per manum accepta conſtabant.* Sic & *in receſſu provinciali Embdano de anno 1590. d. 24. Maji privilegia ſtatuum* Hochober altes Herkommen. Edzardus II., ruſticorum qualitati ſtatus provincialis adverſans, non tam monuit, eis hoc jus antiquitus non competiiſſe, quam lapſu temporis illud amiſſum eſſe. Habent etiam ruſtici jus, conventus peculiares inſtituendi, de iis, quæ in comitiis provincialibus tractari debent, aut etiam de rebus, ad præfecturam, ſub qua ſunt, ſpectantibus, deliberatum. Quod ſi vero res aggerum (Teich und Schleus Sachen) ſub examen vocandæ, non niſi, ſciente præfecto, convenire queunt. *Georgii Chriſtiani ſpeciales conceſſiones tertio Statui die 5. Octobris 1663. factæ. Hiſt. Fris. tom. 2. pag. 419.*

c LOCCENIVS *in antiquitatibus Sueo-Gothicis cap. IIX inquit: Ruricolæ una cum ceteris regni ordinibus, etiam nunc in omnibus comitiis peculiarem habent ſeſſionem, ſuaque vota & ſuffragia. Quo fit, ut nullus Status ſit contemtui, neminique bono & honeſtatis amanti patriæ civi, per ſuas virtutes ad eximios honores & dignitatis gradus perveniendi, via præcluſa ſit.* BVREVS *in deſcriptione geographica & politica Sueciæ p. 21. edit. Elzeviriana. L'etat preſent de la Suede p. 105. Hiſtoire des revolutions de Suede tom. 1. p. 21.*

d *L'etat du Royaume de Dannemarc. c. 6. p. 54.*

e Nec hoc abſonum fuiſſet, ut puto. Placent, quæ LOCCENIVS l. c. huc facientia habet. *Quamvis enim eorum* (agricolarum) *ſtatus infimus ſit, majorem tamen incolarum partem conſtituunt, & in pace pro patria arant, ſerunt, ac metunt, in bello pro eadem pugnant, eoque illorum ratio hic quoque habenda eſſe, videbatur.* Magnum ſolatium miſeris, in publico Ordinum conſeſſu rationum, ærumnarumque ſortem exponere poſſe. A provinciis ſubſidia promtius corrogari poterunt, ſi non ab invitis, ſed in rem communem conſulentibus, exiguntur. Sed quid in plerisque Germaniæ provinciis Statuum provincialium hodie axioma ſit? *non eſt, crede mihi, ſapientis dicere.*

CAP. II.

DE

RVSTICORVM

POSSESSIONIBVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

De varietate ruſticarum poſſeſſionum. Habentur vel plene, vel minus plene. De bonis cenſiticis. De prædiis libellariis. De bonis emphyteuticis. De feudis ruſticis. De bonis laſſiticis. Quid ſint bona curmedica? De Landſideliis. Per bona ſolidorum quænam intelligantur? De bonis majoraticis von Meyer-Gütern. *De bonis meierdingicis. Quid ſint bona hagermannica? De bonorum probſtdingicorum eſſentia & natura. Quid ſint bona, quæ* Sattelfrey *dicuntur? De aliis quibusdam ruſticorum bonis, quæ paſſim in Germania occurrunt.*

§. I.

Poſſeſſionum varietas, ex titulo, quo prædia & fundi habentur, fluit: Habent autem poſſeſſiones ſuas agreſtes, aut jure plane proprio, cujus naturæ ſunt cenſitica, vel partim ſuo, partim alieno, ut ſunt bona emphyteutica, feuda, & ſubfeuda, in quibus illis utile tantum competit dominium; vel jure plane alieno, quo a nonnullis referuntur bona, quæ laſſitica, curmedica, landſidelia, bona ſolidorum, majoratica, ſive villicorum dicuntur. Multorum aliorum bonorum, quæ partim alieno, partim proprio, licet aliquando dimidiato jure habentur, catalogum & explicationem tradit dom. conſil. aulicus. BURI *in doctiſſ. annotat. ad* SCHILTERI *inſtitut. juris feudalis C. III.*

 §. II.

§. II.

Poſſeſſiones, quæ pleno jure ruſticorum ſunt, ita ut de iis, in quantum leges & pacta *a* hoc patiuntur, pro lubitu diſponere queant, cenſitica, *b* ut dixi, complectuntur bona & libellaria, *c* quæ ſæpe cum emphyteuticis confundun-

a Solent enim reditus & operæ, quæ debeantur, pactis definiri, atque ſic ex obligatione perſonali onera illa proficiſcuntur.

b Sunt autem illa, quæ ad aliquem, cum pleno dominio, ſub certa quadam penſione, quæ cenſus aut reſervativus aut conſtitutivus dicitur, ſpectant. LEISER *jus Georg. l. I. c. XVIII.* CARPZ. *p. 2. conſt. 3.* STRYCK. *examen J. Feudal. c. 2. queſt. 26. 27. aliique ab illo in V. M. l. 6. tit. 3. §. 4. &* FRANZKIO *de laudemiis pag. 221. citati.* ZOLLII *diſſertatio de cenſu reſervativo.*

c Per contractum libellarium, de cujus requiſitis neceſſariis STRYK *in examin. J. Feud. c. 2. q. 29.* agit, plenum dominium transfertur, quæ potiſſima eſt ratio, qua a contractu emphyteutico, cum quo alias ſimilitudinem habet, differt, non autem ſcriptura. Videtur namque ex *l. 1. C. de jure emphyteut.* conſtare, contractum emphyteuticum, æque ac libellarium, ſcripturam requirere. BRONCKHORST Ἐναντιοφανῶν *cent. I. aſſert. 78.* Notandum tamen, in conſuetudinibus feudorum Longobardicis, libellaria prædia eadem cum emphyteuticis eſſe. LEISERI *jus georgicum l. 1. c. 16.* Huic autori, cum aliis, libellaria bona cum colonariis, ſive villicanis Meyer-Güter, vel landſidelia eadem eſſe, aſſerenti, adſtipulari non poſſum; utrorumque enim naturam recte contemplanti contrarium manifeſtum erit. Licet enim hæc bona etiam juris realis quodammodo ſint participes: Attamen non tantum ex dominio, ac bona libellaria & emphyteutica, habent. Negari ſane non poteſt, libellarii vocabulum non ubique eundem habuiſſe ſignificatum. Aliquando prædium libellarium, quod libellariam vocabant, ut eſt in *charta Huberti marchionis Savonæ de anno 1061. apud* OVIEHONON *in bibliotheca Seboſiana cent. 1. c. 76.* emphyteuſis erat ſynonimon. Hinc dicitur in ſynodo Pontigonenſi *can. 876. c. 10.* libellario, vel emphyteucario jure dare, vel poſſidere. Vid. *chr. Caſſinenſe lib. 1. c. 50.* VGHELLI *Ital. ſacr. tom. I. p. 878. 896. 1100. tom. V. p. 676. tom. VII. p. 1294.* Nonnunquam libellarius fundus precariæ rationem habuit. Precariæ in Gallia non fuerunt infrequentes, ut conſtat ex concilio Belnacenſi, cujus canonem citat BVRCHARDVS *lib.*

funduntur, d Equidem non ignoro, magni nominis JCtos, penes illum, cui cenſus præſtatur, aliquod eſſe dominium, ſtatuere: Verum, cum omnis qualitas eſſentialis domini, & quidem tota ſit apud cenſus hominem, e ab illorum ſententia

lib. III. decret. c. 169. Carnotenſi part. III. concilio Meldenſ. concilio ad Liptinas, concilio Agathenſi, Epannenſi, Aurelianenſi. Addatur MARCVLFVS *& autor incert. form. c. 23. lib. II. c. 39.* Vid. CANGIVS *in gloſſario* BALVZIVS *tom. II. p. 516. 548. 549.* BIGNONIVS *ad Marculfum p. 934.* De differentiis inter emphiteuſin & precariam agit GONZALEZ de TELLEZ *ad c. I. X. de precariis.* Inter quas etiam eſt, quod emphyteuſis detur in perpetuum, precaria ad quinquennium, *Capitulare Caroli Calvi de anno 846. apud* BALVZ. *tom. II. p. 33.* emphyteuſis datur ſub lege meliorationis, quam dicunt, non autem precaria. Si renovatio negligebatur, precaria deſinebat. BALVZIVS *tom. II. p. 1264.* Aliquando precariæ datæ ſunt ad dies vitæ, aliquando alicui & ſuis hæredibus, ut patet ex *ſynodo Turonenſi* III. c. 51. Per precarias autem res & poſſeſſiones eccleſiæ in uſumfructum dabantur, & dicebantur precariæ, quaſi precibus impetratæ. Finito tempore in quod precaria competebat, precaria ſuis cum incrementis ad eccleſiam redibat, imo aliquando duplo, vel triplo plus accipiebatur. MARCVLFVS *lib. I. formul. c. IV. & V.* Precariæ ubique fere in deſuetudinem abierunt. Vid. ANTON. AVGVST. *in epitome jur. lib. XV. tit. 39.* ALBERICVS *Gentilis de libris jur. communis fol. 40.*

d COLERVS *de proceſſu executivo. p. I. c. 12.*

e Hinc cenſuarius pro lubitu alienat, nec ille, cui præſtandus cenſus, protimiſeos jure gaudet, & cenſum, intra debitum tempus ſolvere negligens, boni cenſitici privatione mulctari nequit, arbitrarie tamen in moroſum aut contumacem animadverti poteſt. Et hæ ſunt differentiæ ſpecificæ, quibus ille ab emphyteuta & vaſallo differt. RAVCHBAR. *quaſt. 22. part. 2.* MOLINAEVS *ad conſuet. Pariſienſes §. 73. 64.* Licet enim emphyteuta jure Romano, conſenſu domini haud requiſito, non quidem vendere, oppignorare tamen potuerit, cum oppignoratione nulla fiat dominii mutatio: Aſt jure Germanico in plerisque locis hoc aliter ſe habet. In terris Brunſvicenſibus alienationes omnes feudalium, emphyteuticorum, & majoraticorum bonorum, domini directi conſenſu non adhibito, ſunt prohibitæ. Sic & enarratis bonis, domino non ſuffragante, nullum imponi poteſt onus. Quod ſi ſecus factum, negotium pro nullo habendum, & utile habens dominium,

eo

tentia diſcedere cogor. Negare tamen non poſſum, quædam eſſe Germaniæ territoria, in quibus cenſitica bona aut plane cum emphyteuticis eadem ſunt, aut tamen proxime ad ea accedunt. Hoc modo ZIEGLERI quoque doctrina, qui in *diſput. ſelect. themat. X. de prædiis cenſiticis ruralibus* §. 24. æque ac FRANZKIVS *de laudemiis C. X.* §. 65. & SCHILT. *exercit.* 16. §. 4. *ad D.* cenſus homini utile tantum adſcribit dominium, tolerari poteſt, ſi ad Germaniæ loca ubi illud lege,

eo privari & poena aliqua corrigi poterit; emtor autem pretio, quod exſolvit, excidere debet; quando ſcilicet ſciens tale non ex legis dictamine comparavit bonum. Scientiæ vero ſupina negligentia annumeratur. Vid. conſtit. Henrici Julii de 3. Aprilis ann. 1593. *in append. ad ordin. cur. provinc. p.* 224. renovata cum clauſula executiva 1604. & declarata d. 29. Maj. 1612. L. Ord. §. 30. L. AB. de ann. 1619. §. 10. Repetitur illud in conſtit. Rudolphi Auguſti & Antonii Ulrici d. 24. J. 1696. nec non in conſtit. Antonii Ulrici de 15. Decembr. 1704. In terris electoralibus Brunſvic. ex Erneſti Auguſti conſtit. d. 8. Jun. 1691. ea, quæ de plena alienat. jure communi & majorum placitis decreta, confirmantur. Quod autem ad oppignorationes agrorum, qui prædiorum partes conſtituunt, attinet, ſancitum, ut, ſi, præter domini directi conſenſum, absque præfecturæ, impetrato primum cameræ juſſu, ſuffragio, tales agri pignori dati, poſſeſſoribus eis interdicatur, illique proprietariis, ſine reluitionis pretio, reſtituantur. Quid autem, ſi ex legum ſanctionibus oppignoratio facta, aut eam ſumma expreſſerit neceſſitas, obtineat, citata traditur conſtitutione. Cenſum, huic juri obnoxius, in ſignum clientelæ exſolvit, cujus varia ſunt genera. Notus eſt cenſus, quem Germani Rutſcher Zinß appellant Sächſiſches Land-Recht *lib. I. art.* 5. Æquitas vult, ut hic cenſus ob moram non ſingulis diebus duplicetur, ſed unius ſaltem cenſus augmentum habeat. Monet BAIERVS *in Specim. jur. Germ. C.* 6. §. 9. Rutſcher-Zinß, der täglich fort rutſcht, non fuiſſe peculiarem cenſus ſpeciem, ſed quamvis præſtationem pecuniæ, ob neglectam ſolutionem, per ſingulos dies duplicatam fuiſſe, ex errore autem deinde factum, ut cenſus promobilis pro peculiari præſtationis ruſticæ ſpecie habitus fuerit. Eſt in Saxonia & terris Brunſvicenſibus, hodie non amplius jure Saxonico utentibus, hujusmodi cenſus aliquis tantum adhuc uſus. Vid. SCHOTTEL. *de ſingul. & antiq. quibusdam Germaniæ juribus c.* 19. *theſ.* 6.

Digitized by Google

ge, uſu, aut pacto obtinet, reſtringitur. Id certum eſt, ſi, obveniente caſu, de fundo cenſitico inveſtitura conferatur, canon intra biennium, aut triennium non præſtitus, caducitatem, quam vocant, cauſetur & laudemium præſtetur, re ipſa emphyteuticum, nomine autem tantum cenſiticum eſſe fundum, quanquam aliquando in eo aliquid contra naturam fundi emphyteutici poteſt eſſe receptum, ut inde emphyteuſis irregularis fiat e. g. ſi in eo jus protimiſeos, a domino directo exercendum, non habet locum. Cæterum eſſe in Germania, poſt introductum jus Romanum, cenſitica proprie dicta, ubi plenum dominium penes cenſus hominem eſt, KLOCKII *part. II. c.* 47. *de ærario & KOHLII de ſervitutibus feudalibus*, teſtimoniis comprobari poteſt. In dubio autem pro integra rei natura eſt præſumendum. Falſum tamen eſt, omnia ruſticorum bona cenſitica feudalem habere qualitatem, transferrique per modum inveſtituræ. SCHILTER *exercit. III. ad pand. theſ.* 123. STRVV. *ſyntagm. jur. civil. exercitat.* 23. *theſ.* 109. Interim largiendum, in Saxonia, Geldria, aliisque territoriis, bonorum immobilium, etiam eorum, quæ in pleno ſunt dominio, ut in aliorum tranſire poſſint poteſtatem, inveſtituram ſive reſignationem judicialem requiri. Vid. BAIER *in ſpecim. jur. Germ. lib. I. c.* 19. SANDE *ad conſult. Geldriæ feud. tr.* 2. *tit.* 2. *c. I.* KLEIN *de reſignatione judiciali.* Cumque cenſus homo plenum, aut alicubi dimidiatum habeat dominium, nulla ipſi ob caſus fortuitos penſionis debetur remiſſio. Æquitas tamen ſuadet, ut, majore fructuum parte amiſſa, canonem, aut cenſum præſtare non obligetur MEV. *part. IX. d.* 84

§. III.

Poſſeſſionum ruſticarum, quæ in minus pleno habentur dominio, primo loco poſuimus bona emphyteutica **Erben Zinß Güter.** Sunt autem illa res immobiles, *a* ſub certo canone, *b* & meliorationum lege, in dominium utile,

a Quævis hodie prædia, etiam cultiora, non autem urbana, ſub emphyteuſin cadere, ſunt qui putant. PEREZ. *ad C. de Jur. emphyteutic. n. 3.* LEYSERI *jus georgic. l. I. c. XV. n. 7.* Verum cum urbana quoque meliorationes admittant, in iisque dominium utile conſtitui poſſit, non video, quare hæc ſint excludenda.

b Canon ille, qui cum meliorationibus in ſignum eſt dominii directi non competentis, pecuniam, aut alias res quotannis plerumque præſtandas complectitur, ſoletque fructus notabiliter ſuperare; unde penſio, æquans fructus, pro locatione in dubio præſumtionem excitat. VALASC. *de jur. emphyteut. quæſt. I. n. 9.* Quodſi vero canon ille intra certum tempus, de quo infra in cap. de præſtat. docetur, non ſolvatur, neque apochæ publicarum functionum præſtentur, emphyteuta, judicis ope, a prædiis emphyteuticis expelli poteſt, *nulla ei inpoſterum allegatione nomine meliorationis, vel pœna opponenda, neque prætendente, quod ſuper hac cauſa non eſt inquietatus, cum neminem oporteat conventionem, vel admonitionem expectare, ſed ultro ſeſe offerre N. 120. c. 8. auth. qui rem C. de SS. eccleſ. l. 2. C. de jur. emphyteutico.* Hoc in plerisque Germaniæ terris non ita ſtricte obſervatur, & caducitas, quam vocant, non facile decernitur, modo reliqua canonis deinde præſtentur. Neque, ſi apochæ publicarum functionum extradi neglectæ, id privationem operari ſolet. Amittitur quoque emphyteuſis, ſi intra debitum tempus inveſtituræ collatio, aut renovatio non petatur. Si antiqua emphyteuſis ad aliquem ſucceſſionis jure devolvatur, inveſtitura intra annum & diem peti debet. BORCHOLD *de feudis c. 7. n. 29. 30.* A novo vero emphyteuta, ad quem prædium titulo, emtionis donationis, aut alio ſimili pervenerit, intra duos menſes, a tempore celebrati contractus, expetenda eſt *l. f. C. de de jure emphyteutico* FVLGINEVS *de jure emphyt. c. 2. q. 1. n. 18. q. 2. n. 1. Rom. conſil. 22.* MANTICA *de tacitis & ambig. convent. lib. 22. tit. 32.* In ducatu Brunſv. ex Antonii Ulderici conſtit. d. 15. Decembr. 1704. renovatio inveſtituræ in utroque caſu, intra tres proximos menſes a tempore mutati emphyteutæ, rogari debet.

Digitized by Google

utile, *c* collatæ. In Haſſia peculiaris eſt emphyteuſeos ſpecies, quæ dicitur Waldrecht. Vid. KVGENBECKER *in anal. Haſſ. p.* 189. *ſeq. dom.* WALDSCHMID *in diſſert. de bonis* nach Waldrecht.

§. IV.

Ruſticorum quoque ſunt bona, ſeniori fiduciario obnoxia vinculo, quæ in feudorum *a* aut ſubfeudorum *b* numero

I 2

debet. Denique notandum, inveſtituram a confirmatione contractus judiciali ſeparatam habere naturam KLEIN *de reſign. judiciali c.* 1. *n.* 117.

c Habent commune cum ſuperficie, quæ in alieno ſolo eſt ſub penſionis pacto PAVL. *l.* 21. *ad edict.* & cum feudis, a quibus in aliis diſcrepant. LAVTERBACH *ad tit. ff. de ſuperficiebus.* STRYCK. *exam. juris feudal. c.* 2. *quæſt.* 25. & differunt eo tam a bonis, in perpetuam conductionem datis, Erb-Pacht-Güter, quam aliis ruſticorum infra ponendis. In jure perpetuæ conductionis nec dominium utile ad colonarium tranſire, Dom. de LVDEWIG *de jure clientelari Germanorum pag.* 191. *ſeqq.* probavit, & ad argumenta contraria reſpondit. Arbitror, Romanorum agros vectigales cum conductione hac idem, aut non ita diverſum retuliſſe. Nam PAVLVS *l.* 21. *ad edictum* vectigales agros, ad rempubl. municipia, colonias, aut civitates ſpectantes, vocat, qui in perpetuum locantur, eosque contradiſtinguit non vectigalibus, qui ad tempus habebantur conducti. Interim negari non poteſt, agros publicos vel communes ſæpe etiam ad modum privatorum eſſe locatos. Vid. HYGINVM *de conditionibus agrorum in volum. autorum rei agrariæ pag.* 205. Denique diſtincta quoque ſunt bona emphyteutica a bonis uſufructuariis STRYCK. *in V. M. pand. lib.* 7. *t.* 1. *§.* 3. & ex mente SCHILTERI, qui in teſtem advocat Vadianum, a bonis ehrſchazicis, ſive laudemialibus. *Confer. ejus diſſert. de bonis laudemialibus. §. XII. ſeqq. & Dom. conſil. aul.* BVRI *ad* SCHILTERI *compend. I. F. p.* 829.

a Enimvero nihil eſt in contractu feudali, quod ruſticorum qualitati morali aut phyſicæ repugnet. Neque hodie a ſervitiis repelluntur militaribus. Formulam fiduciarii diplomatis de feudo ruſtico refert LVNIG *corp. jur. feud. tom. III. p.* 319.

b Cum feudorum capaces ſint agreſtes, quidni & ſubfeuda illis obtingere poſ-

numero ſunt. Viennæ in bibliotheca cæſarea Carol. M. inventarium regni Longobardici Reichs-Zahl-Buch aſſervatur, in quo inveſtituræ ruſticorum memorantur. Sic & ruſtici Longobardici apud Roncalias, in curia univerſali Reichs Lehn-Hoff, feudorum capaces declarati ſunt. Porro apud Mediolanenſes etiam ruſticum feudum cum curia vendebatur, 2. feud 43. §. 1. *c* Imo in Saxonia, *d* atque regni Germa-

poſſent? Nam inter feuda & ſubfeuda nulla fere differentia, quoad qualitatem conſtitutivam, quam quod illa a domino directo, a quo primario pendent, hæc vero a domino intermedio, qui a ſuperiore, ſub lege fidelitatis, collata illa habet, recognoſcantur, & ſic in his duplex quaſi exoritur nexus. Nec huic aſſertioni obſtare poſſunt, quæ contrariam amplectentes ſententiam proferunt: Hac ratione fore, ajentes, ut domino deterior vaſallus ſubſtituatur. Etenim hic non reſpiciendum ad qualitatem illam, quæ nobilibus, aut aliis præ ruſticis prærogativam aliquam ratione æſtimationis conciliat, ſed ad aptitudinem, fidem & obſequia, quæ contractus feudalis requirit, domino præſtandi, quæ in ruſtico, æque ac nobili eſſe poteſt. Deinde vaſallus per ſubinfeudationem a nexu, quo domino tenetur, non liberatur, quapropter huic ex tali ſubinfeudatione nullum emolumentum poteſt detrimentum.

c Habemus itaque textum, ex quo, feuda ruſtica penes gentem aliquam Longobardicam duraſſe, apparet. Neque igitur LEISERO *in jure Georgico l. 1. c. 27.* aſſerenti, in jure communi feudali nullum de feudis ruſticis invenire veſtigium licere, ſubſcribendum; plerumque autem olim excluſos, ut monui, quod ſervilis conditionis, vel ad ſortem eorum proxime accedentes, ab armis corripiendis arcerentur. Nec militi, ſine voluntate domini, alii, quam militi, qui domino ſimiliter ſervire potuit, id, quod in feudum acceptum, conferre licuit. *2. feud. 34. §. 2.*

d Ruſticorum feuda antiquioribus temporibus in Saxonia non erant hereditaria. *I. feud. Saxon. c. 2.* Spectant huc Saxonum prædia ruſtica Schultetorum, quæ plerumque feudalia ſunt, teſte LEISERO *in jure georgic. l. 1. c. 27. pag. 137. vid. &* SCHILTER *in diſſertat. de landſaſſiis*, quæ habetur inter exercitationes *ad ff. p. 446.* Nec ejusmodi feuda in territorio Brandenburgico incognita eſſe, ibidem p. 136. LEISERUS docet. Vid. quoque MULLERI *praxis civilis Marchica reſolut. 71. n. 18. 19.* KOHL *declarat. conſtit.*

Digitized by Google

Germanici parte Suevica, [e] ut & apud exteros Germano-

I 3 rum

ſtit. march. von Erbfällen zwiſchen Edleuten *quæſt. 20. n. 43.* Verum enim vero hæc feuda, æque ac alia allodiorum naturam induerunt. Vid. conſtit. de anno 1721. apud LVNIG. *tom. II. corpor. jur. feud. pag. 867.* Ex conſuetudine ad filium natu minorem pervenit, niſi domino aliter placuerit. In Brunſvicenſium territoriis ruſtica feuda, aut ſubfeuda eſſe, ex conſtitutionibus hanc rem concernentibus, ut & re ipſa conſtat. In receſſu Saltzthalumenſi de anno ſequentia leguntur: Den Affter-Lehn-Leuten, ſo den von Adel Lehn-Wahren zu entrichten ſchuldig, ſoll es bey nachfolgender Tax billig gelaſſen werden. Nehmlich von einen Huffen Landes, wenn es gut Acker iſt, fünff Thaler, wenn er aber nicht gut iſt, drey oder vier Thaler, von einen Zehnten der dritte Theil eines Jahrs Auffkunfft, von einer Marckgeldes ein Orts-Thaler, von einem im Braunſchweigiſchen im Lehn-Brieffe verſchriebenen Scheffel Korns einen halben Thaler, von einen Koth-Hoffe da nichts bey iſt, einen halben Thaler. In Clivia Dienſtmans-Lehnen feuda ruſtica contineri arbitror. Sunt enim illa feuda, pro quibus non ſervitia equeſtria, ſed vulgaria præſtari ſolent. RHETII *diſſ. de feudis Cliv. vel Zutph. more conceſſis §. 60. Jung.* COCCEI *diſſert. de eo quod juſtum eſt circa ruſticos in feudis.* Sed in Pomerania feuda ad ruſticos pervenire nequeunt. Vid. MICRAELII *chr. Pomeran. lib. 6. pag. 453.* quoniam ex hominibus propriis plerumque ſunt. Ceterum hominibus liberis, Pomeraniam ulteriorem, & duas præfecturas Polonicas Pomeraniæ ſubjectas, Lauenburgum & Butoviam inhabitantibus, quos MICRAELIVS *l.c.p.451.* in chartis antiquis famulos dici teſtatur, ſubfeuda concedebantur; affectabant tamen hi ſimilem cum nobilibus conditionem. De homonymia vocabuli famuli ſupra quædam notavimus, quibus addi poteſt diploma Otton. I. quod FONTANINI *in appendice vindiciarum antiquorum diplomatum pag. 259. ex autographo Maſſejano affert.*

[e] Nec Sueviæ ducatuique Juliacenſi rureſtria deeſſe feuda, FALCKNER *in diſſ. de eo quod juſtum circa ruſticos in materia feudal. cap. 3. §. 1.* docet. Suevorum autem prædia, quæ Schupff-Lehn, a natura feudorum, quam hodie habent, maximopere eſſe degenerantia, illaque majorem cum precaria convenientiam habere, arbitror. BESOLD. *in theſ. pract. voc.* Schupff-Lehn. STRYK. *in exam. juris feud. c. 2. qu. 31. Conf.* SCHOTTELIVS *de ſingul. & ant. in G. jur. C. 18.* LVNIG. *corp. jur. feud. tom. II. pag. 1666. & tom. III. pag. 707.* Huc collineant quodammodo gloſſatoris Saxonici verba: Ein Laſſe iſt der auf Zins-Gut ſitzet, den man davon werffen kan (i. e. ſi in leges contractus impegit) oder es ihm um einen gewiſſen Zins laſſen mag. Videri

rum conſanguineos *f* ſimilis feudorum ſubfeudorumque eſt praxis. In Suevia & Saxonia ruſticis rebellantibus per comites, potiſſimum ante pacem publicam feuda locata eſſe, ex ſpeculo Suevico & Saxonico conſtat. Cum comitatus Francici juris epiſcopis & prælatis, conſenſu imperatorum Friderici I & II. donati, venditi & ab imperio in feudum dati ſunt, multa feuda ruſtica in iis ab epiſcopis & nobilibus conſtituta ſunt, imo urbes ſæpius ruricolis feudali nexu terras quasdam contuliſſe, memoriæ proditum, ut tempore diffidationum, ſuperioribus ſeculis conſuetarum, ruſticos ſuos in auxilium vocare, & certius illis confidere poſſent. Probe tamen notat LYNCKER *reſp.* 132. ut ſi res feudalis ruſtica exigui ſit momenti, bona iſta ad emphyteuſin, ſi non referantur,

Videri cuidam poſſet, bona latica cum meierdingicis plane una eademque eſſe; cum controverſiæ, de bonis laticis ſubortæ, etiam ad ſupremum judicium meierdingicum trahantur: Verum enim vero differentiam aliquam hic ſubeſſe, ex ſequentibus protocolli judicialis Hildeſienſis verbis pateſcit Anno 1510. feria III. Pentecoſtes hegede unſe Knecht Albert Scrader en echt recht Meierding to Netting. Vor düſſen Meierding wart gevraget en gemene Ordell, wer ock ene moeſte Latgut, edder Tyns-Dat is Meyerdings-Gut beſitten one des Herren Willen. Ward gevunden, dat nemant ſchall Gud hebben, dat ſy Laht-Gud, edder Meyerdings-Gud dat ene hebbe mit der Herren Willen. Videntur meierdingi ſtrictiori obſequio, ac lati dominis eſſe obnoxii.

f Galli æque ac Angli ſua habent feuda ruſtica. *Coutumes de la prevoté & Vicomté de Paris avec des notes de Mſ.* MOULIN *&c. p. 68. Coutume du baillage de Sens chapit. des fiefs & profits feudaux.* Sunt hæc Gallorum feuda ab allodio Franco rurali & manu firma diſtincta. Vid. GALAND *du franc Aleu. p. 14. 17. De Anglorum feudis ruſticis conſ.* COOK *Inſt. juris Anglic. p. 27. Land Lords low l. I. c. 1. 2.* Negari nequit, bona ruſticorum, colonario vinculo dominis obnoxiorum, quæ in medio ævo feoda aut beneficia dicuntur, a natura feudorum nonnunquam procul abeſſe. Feuda miniſterialium, quæ dicuntur in regiſtro Prumienſi, ad hunc ſpectare cenſum videntur. *Coll. etymologica* LEBNITII *p. 425. 454. 464. 477. 489.*

rantur, illi tamen ſimillima habeantur. Add. RAVCHBAHR II. q. 21. n. 26. & CARPZ p. 2. C. 45. d. 21. Examinat l. c. LYNCKERVS caſum, ubi quis pratum annuo canoni obnoxium, ut feudum præfecturæ (als ein Heßiſches Amts-Lehn) comparavit. Homines quoque proprios ad feuda ruſtica, quæ certos cenſus certasque operas debent, admitti, dubio caret. Feuda plane ſchrifftſaſſica Canzelley-Lehn ruſticos accipere poſſe, SCHILTER *p.* 38. *in notis ad* STRVVII *jus feudale* obſervat. Servitia equeſtria tempore belli, a vaſallis, domino præſtanda, de feudi ſubſtantia, ſive eſſentia non ſunt. Mecklenburgenſis nobilitas ſibi jus vindicare aggreſſa eſt, ut feudi nulli alii, quam ſibi conferantur. Imo anno 1700. 1701. in comitiis provincialibus fortiter urſit, ut omnes non nobiles, feuda ſua nobilibus vendere cogerentur, ſed, repugnante duce, res proſpero deſtituta fuit eventu. TORNOV. *de feud. Mecklenburg. P. I. p.* 205.

§. V.

Sunt autem ruſticorum feuda ignobilia, nec ruſticus feudum nobile acquirens, nobilitatem conſequitur, *a* feudum

a Hoc & in Germanica ita obſervatur praxi, niſi ille, qui facultatem conferendi nobilitatem habet, cum prædio illam ſpecialiter concedat. WVRMS. *de feud. improp. claſſ.* 2. *ſect.* 1. *n.* 52. Idem obtinet in Gallia. *Les roturiers & non nobles acceptans fiefs nobles, ne ſeront pour ce annoblis, ny mis au rang & degré des nobles, de quelque revenu & valéur que ſoient, les fiefs par eux acquis. Ordonances Royales ſur le fait de la juſtice & abbreviation, des proces, faites par le Roi Francois premier. Henry II. Charles IX. & Henry III. art.* 258. In principatibus Sileſiacis Schweidnicenſi & Jauerenſi ex Rudolphi II. imperatoris, ut Bohemiæ regis, obtinet conſtitutione, ut ruſticorum prædia, a nobilibus coemta feudorum nobilium naturam induant. LVNIG. *corp. jur. feud. tom. II. p.* 287.

feudum tamen manet nobile, æque ac feudum ignobile ſortem illam retinet, licet a nobili teneatur.

§. VI.

Poſſeſſionum vel detentionum ruſticarum, quæ jure plane alieno & conductionis tantum titulo haberi dicuntur, a primo loco laſſitica bona, ductu magnorum virorum, b recenſere conſtituimus. Dicuntur autem illa prædia, quæ ſub certa penſione c ruſticis permit-

a Dominus de LVDWIG opinatur, olim laſſitica, curmedica bona & landſideliam unius plane fuiſſe inſtituti, varietatem autem illis tractu temporum inditam, ex variis territoriorum, ubi locum habent, moribus & legibus: Sed æquis rerum æſtimatoribus haud dubie conſtabit, hanc aſſertionem conjecturæ tantum inniti. Hodie ſane inter illa bona, prout compertum habemus, non levis eſt differentia.

b Horum nonnullos recenſet dom. de LVDWIG *de jure clientelari Germanor. ſect. 3. c. 5. p. 228.* Fatendum tamen, aliquibus in locis bona laſſitica fere cum emphyteuticis coincidere. Imo in MELCHIORIS MARTINGII *tractatu MScpto, cui titulus:* Laten = Gerichts, des Amts Wintzenburg Recht und Gewohnheiten, ſequentia referuntur: daß die Lat-Güter ihrer Natur nach, Erb- oder Erben-Zins-Güter, die doch a vero domino utili pro lubitu, wann nur die Auffſtracht und Verlaſſung für öffentlichen Laten = Gerichte geſchiehet, alieniret und veräuſſert werden können. Habet Belgium quoque ſuos latos. In *ſtatutis Loſſenſibus §. VIII. p. 57.* ſequentia leguntur: Item is geordoneret, dat alle Scolteten Meyern van Leen and Laethowen, ſullen ſchuldig ſyn hon genachten (Leurs plaids) te beginnen te winter teyt te thien Unren. &c. De convenientia horum bonorum cum aliis clientelaribus, & quomodo ab iis diſcrepent, atque unde conjiciendum, an ſint hujus, an vero alterius naturæ, vid. Dom. de LVDEWIG *l. c. p. 261. ſeqq.*

c Ad Dom. de LVDEWIG ſtatuentis, in bonis laſſiticis mercedem fructibus reſpondere, ſententiam accedere non poſſum. Nam in antedicto tractatu illius aſſerto hæc refragantur: Daß der Guths-Herr der Latgüter vom Morgen Acker Lat-Guths mehr nicht als zwey Himbten Korns, halb Rocken und halb Habern, und vom Morgen Hoffes, Garten- oder Wieſen-Wachs,

permittuntur, *d* ad arbitrium locantium revocabilia. *e*

§. VII.

Wachs, eines ſo viel zu Zinſe zu nehmen befuget, und darzu den dritten Parth von Acker für die Braack den Meyer decurtiren laſſen müſſe, alſo in effectu die Braack ungekürtzet $\frac{2}{7}$ Himbten Rocken und $\frac{2}{7}$ Havern ꝛc. nec abſque commoda interpretatione admittendum, in rebus nauci canones emphyteuticos conſiſtere. Sic & cum facultas illa, quam laſſi in bonis ſuis habent, ad heredes transmittatur, proprie nec uſufructuarii, nec uſuarii dici poſſunt.

d Certum eſt, multa hiſce bonis ineſſe, quæ Romanorum locationis & conductionis contractus non admittit. Latis enim bona ſua oppignorare & vendere licet; olim in præfect. Winzenb. nec conſenſus domini prædialis requirebatur, quod tamen per conſtitutionem de anno 1654. mutatum, ut eſt in *protocoll. judic. latorum fol. 43.* Sic & de his per pacta dotalia, & teſtamenta diſponi poteſt, &, ſi illa non adſunt, ab inteſtato ſuccedunt liberi, ex legitimo thoro procreati, & poſt illos ſuperſtes conjux, & tandem proxima cognatione conjuncti. *Protocoll. judic. lat. præfect. Winzenb. fol. 47. 48. 76.* Non itaque hic obtinet, dominum laſſi hæredem, aut cohæredem eſſe, licet & alicubi jus mortuarium locum habeat.

e Neque ubique ad nudum domini placitum revocabilia eſſe conjicio. Nam in *cit. prot. fol. 14.* tum ſaltem domino facultas expellendi colonum, conceditur, ſi canonem quotannis non ſolvat. Porro latus jus ſuum præſcriptione amittere poteſt. Hanc in rem libellus manuſcript. ſupra citat. ſequentia continet: Wann Lat-Guth, von einem Laten und deſſen Erben 10, 20, 30. oder mehr Jahr, auſſer Krieges-Unruhe, für das Ihrige ruhig erſeſſen worden, ſo kan ſolches nach ſo langen Jahren, und nachdem der Beſitzer oder deſſen Erben es verkaufft, und einem andern für offen Laten-Gerichte ohne Wiederrede, oder Einſprache aufgetragen, und verlaſſen; von einem tertio für das Seinige nicht beſprochen, oder angefochten werden. Neque puto, huc trahendam ſubtilitatem juris Romani, poſſeſſionem prædii locati plane abrogantis conductori. Enimvero ad explicanda patriæ jura, Romanorum placitis & apicibus non eſt inhiandum; inprimis, cum tot rerum argumentis evinci queat, laſſiticorum bonorum qualitatem conſtitutivam locationis, ex mente Romanorum, cancellis circumſcribi non poſſe. Denique laſſitica bona, lapſu triginta vel quadraginta annorum, ſi in ſingulos annos certus uniformis canon eſt ſolutus, naturam perpetuæ coloniæ adſciſcere dicunt. LEIS. *jus georg. lib. 1. c. 21. p. 117.* Quanquam alias temporis durationem, in ſe rerum naturam mutare non poſſe, largiar; interim id moribus aut legibus in nonnullis territoriis eſt receptum.

Digitized by Google

§. VII.

Laten *a* in vernacula noſtra ſignificat dimittere. Vnde Late nihil aliud eſt, quam dimiſſus, manumiſſus, *b* id quod ſequenti probabo charta. Wy Hermon Abbet, Diderick Prior, und de gantze Convent des Stichtes tho ſunte Michaële binnen Hildenſen, Sunte Benedicti Ordens, bekennen openbar in duſſen Breve vor uns, unſe Nachkömelinge

a Inepta ſunt, quæ in ſpeculo Saxonico lib. III. art. XLIV. de laſſorum origine traduntur, nimirum Saxones aliquos, ex Alexandri M. exercitu reliquos, Thuringorum dynaſtas deviciſſe, eosque ſedibus ſuis ejeciſſe, cumque tantus eorum non adfuerit numerus, ut agros colere poſſent, ruſticos ſalvos eſſe voluiſſe, eisque agros ſub ea lege, qua hodie laſſi eos habent, conceſſiſſe aut confirmaſſe, dicuntur. Sed quis neſcit, fabulam eſſe, quæ de Saxonum origine a reliquiis illis Macedonici exercitus traduntur? Vel ſolus CRANZIVS ad ineptias has detegendas ſufficit. A veritate abhorrent, quæ SVFFRIDVS PETRVS *de origine Friſiorum lib. II. c. 2. p. 261.* Cranzio opponit. Quis crederet, manipulum illum, omni re deſtitutum, gentem, Thuringos puto, velſi mavis cum gloſſatore, Venedos, & virorum numero, & robore inſignem devincere potuiſſe?

b Rectius igitur laſſiticorum bonorum initia manumiſſionibus, aut plenis ſub nexu tamen aliquo, aut minus plenis adſcribuntur. Neque enim credendum, per manumiſſiones iſtas, plenam, de bonis ſuis diſponendi, libertatem hominibus acquiſitam eſſe: Sed potius id impetratum, ut colonus, licet plene manumiſſus, id, quod agrorum coleret, ſub reſtricta haberet poteſtate, & annuo canone, ita ut pro lubitu de iis diſponere non poſſet; ceteroquin illud legitimis ſuis heredibus relinqueret, pacta & conventiones, prout utilitas requirebat, iniret. Et quamvis liti eccleſiarum etiam monaſterii advocato ſubjecti eſſent: Præcipuum tamen jus circa illa bona ſibi eccleſia reſervavit. Hinc factum, ut a judiciis prædiariis, ad latorum cauſas pertinentibus, ad eccleſiæ antiſtitem provocatio conceſſa fuerit. Solebant autem coloni, ab advocatiæ jure pretio ſe liberare. In diplomate Gertrudis A. Q. de anno 1236. ſequentia leguntur: *In nomine domini amen. Gertrudis Dei gratia Quidelingeburg eccleſ. abbatiſſa - - - tenore præſentium publice proteſtamur, quid exemtionis inſtantia & auxilio eccleſiæ noſtræ in Quenſtede advocatiam bonorum ibidem conventui noſtro*

linge unde vor als weme, dat wy hebben fry ghegeven unde ghelaten, unde ghewen und laten jeghnewordigen in duſen Breve Hynrick und Tylcken beede geheten Sennewolden, Hennig Sennewolden ſeeliger Sönne, mit alle ören Kindern, geboren unde ungeborne, von ſodanen Behörige unde Egenſchop, ſo ſe und deſülven ohrn Kindere unſers benanten Klöſters Laten un de egen waren, unde behörige Wende an duſe Stunde unde deſülwen Orritz und gemeldten ſchullen unſers Kloſters Beſten don wetten unde Vordelick ſin, unde dar nicht wedder don oren Vermöge to ewigen Tiden: unde ſchullen ock vorder unſes Stifftes Land-Gut nicht brucken, iden ſchege mit unſem, effte mit unſer Nachkomelingen guden Willen, Vullborde, ſo ſe ock uns dat alle in ören Breve vorſegelt, unde vorgeſchreven hebben. Duß tho merer Orkonde und Tüchniſſe hebbe wi unſe Ingeſegel alſe, Abbtes, unde Convents vor uns unde vor unſen Convent an düſſen Brev hengen. Im Jar na Chriſti Gebort Vefften Hundert in den XXV. in den hilgen Winachten.

ſtro pertinentium quæ ipſi colere dinoſcuntur ab Johanne milite de Arneſten, pro quadam ſumma ſuæ pecuniæ redemerunt, dederunt ſiquidem pro unoquoque manſo 2. marcas, ut ab omni jure advocatitio (quod de FALCKENSTEIN *competierat) liberi perpetuo maneant & quieti, ita ut quicquid placitandum evenerit cum iisdem, hoc coram eccleſia noſtra - - - præpoſita terminetur, & ad eam in cauſis ſuis recurſum habeant ſpecialem.* Vid. KETTNER p. 265. Strictiori quandoque vinculo litos obnoxios fuiſſe, ex ſequentibus diplom. manuſcr. notari poteſt verbis: *Ad hoc ei etiam in proprium dedimus Adonis liti uxorem Mulburgam nomine, & filios, ac filias ejus, & Odi uxorem Adalburgam ac filios & filias propter petitionem & interventum, fidelis noſtri Siberti comitis.* Actum BOTWELDEN *feliciter amen.* Charta ex qua hæc excerpta ſunt, eſt Ottonis II. de anno 980. quo fideli cuidam Mamechoni proprietatem ſuam in villa Boderod, in pago Ederlingen ſitam, donat.

§. VIII.

Bona curmedica *a* ſolent deſcribi, quod ſint ejusmodi naturæ, ut, mutato poſſeſſore eorum, *b* jus mortuarium, quod Curmede vocatur, ex defuncti bonis dominus eligat. Dn. a Ludwig generaliorem adhuc habet deſcriptionem: dicit nempe illa conductiria prædia, *c* unde conductor

a De vocis origine ſolicitus eſt Dn. a LVDEWIG *circa initium c. 6. de jure Germanorum clientelari.* Vide quoque SCHOTTEL. *de ſingularibus & antiquis quibusdam in Germania juribus p. 59.* Quod nomen habeat a Kühren, eligere, exinde quoque manifeſtum eſt, quod jura mortuaria ab Hägermannis in territoriis Brunſvicenſibus præſtanda, Kühren vocentur. Vocis origo, quæ hic indicatur a Domino BVRI *in doctiſſim. annot. ad* SCHILTERI *inſtit. jur. feud. p. 815. ſeqq.* probatur, & aliæ rejiciuntur. Dari autem in Germania ejusmodi bona, de præfecturis aliquibus Hannov. LEISERVS *in J. G. l. 1. c. 17. de ducatu Brunſv.* STVCK *in exercit. Juſt. p. 1. dec. 8. aſſ. 6. lit. e. de Haſſia* STAM *de ſervitute perſonali C. 22. n. 7. de ducatu Juliacenſi* SCHOTTEL. *pag. 58. de Suevia* CRVSII *annal. Suev. L. 10. C. 11. fol.* 575. teſtantur. Appellant ea nonnulli bona quaſi feudo emphiteutica. SCHOTTELIVS *pag. 58.* LEISERI *jus georgic. l. 1. c. 17.*

b Hoc vocabulum refert *diploma Henrici II. apud* BRVSCHIVM *de monaſteriis Germaniæ p. 78. In diplomate Carol. IV. apud* HEDAM *p. 248.* habetur: *Quod quotiescunque inter epiſcopum Trajectenſem, qui pro tempore fuerit, & ceteros eccleſiarum prælatos & eccleſiaſticas perſonas, ibidem ex una, & homines ſervituti obnoxios colonos, aut quoslibet alios eorum debitores, ſuper ſolutione cenſus, ceræ, pecuniæ, veſtium, equorum, pecorum & jurium vulgariter Curmede &c.* Hujus vocis etiam mentio injicitur *in diplomate Gerhardi comitis Gelrenſis & Zutphanienſis apud* PONTANVM *in hiſtoria Gelrica p. 130.* In diplomate, quo Regnera quædam tam pro remedio animæ, quam pro defenſione totius poſteritatis ſuæ, cum eſſet libera, ſe tradidit in ancillam ſancto Amori in Biliſia legitur: *Tota autem illa cognatio poſt mortem ſuam de capite ſuo, pro jure, quod vulgo attulit, hoc Curmede dicitur, tantum duodecim denarios, & nihil amplius ſolvat. Diplomat. Loſſenſ. n. 2. p. 3.*

c Probatio, quam Dom. a LVDEWIG habet, curmedica bona eſſe conducti-

ctor locatori nexu quodam clientelari *d* tenetur.

K 3 §. IX.

ductitia, non videtur omni exceptione major. Argumentum enim ab etymologia philoſophi non æque validum putant. Deinde derivatio vocabuli curmede a cur ſive curte & mede, quæ ipſi placet a celeberr. POTGIESSERO *de ſtatu ſervorum lib. I. c. 4. §. 38.* refutatur. Neque enim veteres Germani in uſu habebant, latiales voces, ſive veras ſive barbaras, ad res ſuas exprimendas, adhibere, aut cum patriis vocabulis, ob hunc finem componere. Vid. *Dom. conſil. aul.* BVRI *ad* SCHILTERI *inſtit. jur. feud. p. 814. 815.* Ejusdem tenoris eſt a ſynonymis JCtorum Belgicorum deſumtum. Imo ipſe fateri neceſſum habet, ſimplicem conductionem ab ea, quæ audit curmedica, differre, quod & jura illa, quæ ipſe de bonis curmedialibus profert, ſat manifeſtum reddunt.

d Non equidem ſcio, an Goriſius ita impegerit, curmedos hominibus propriis accenſendo. Nam curmedi æque ac homines proprii, ſub lege mercedis annuæ glebæ ſunt adſcripti, affinitas certe non levis inter eos eſt. *Homines illuc attinentes,* inquit CAESARIVS HEISTERBACCENSIS *ad regiſtrum Prumienſe apud* LEIBN. *in collect. etymolog. tom. II. p. 493. qui appellantur* HOVET. LVDE *alibi commorantes, ſolvant de capitibus ſuis annuatim, vel circiter hoc, quæ infeodata eſt. Et ſciendum eſt, quod omnes homines, & manſionarii & capitales, quando moriuntur curmedas ſolvant.* Leviorem puto diſtinctionem inter perſonas & ſervos prædiorum. Utrique enim nec de terris, quas colunt diſponere, nec illas invito domino deſerere, aut ſe aliorſum conferre poſſunt. Deinde non addita ratio, quare curmedi ad colonorum indolem magis accedant, quam homines proprii. Olim, ubi plenus mancipiorum ſtatus durabat, ſervi quoque in Germania colonorum ſæpe implebant ſortem. Sic & ſunt territoria, ubi, ſi non mollius, non durius tamen habentur. Nec veritati absque limitatione conveniens, homines proprios ad angarias & parangarias infinitas teneri; curmedos autem ſub liberiore haberi jugo. Vide quæ MICRAEL. *lib. 6. p. 550. rer. Pomeran.* habet. Et profecto, ubique fere hodie miſeris agreſtibus ſtrictiſſime excutiuntur pennæ, nec iis, quodcunque demum nomen gerant, aliud ſolatium, quam ex mente inſpectoris, in humanitatem & miſericordiam fortaſſe paululum inclinantis. Denique tam in curmedis, quam in hominibus propriis Germanicorum ſervorum conditio, ſi non in totum, ex parte tamen conſervatur, nec hucusque conſtitutionem univerſalem, qua ſervitus per imperium abrogata, videre contigit, et conjectura nullo nititur fundamento, homines proprios, curmedis recentiores, dominis excuſſos, curmedos vero

ex

§. IX.

Landſidelias *a* ruſtica ſuperioris Germaniæ bona, & conductitiis annumerant prædiis. Dicitur autem contractus ille, quo innituntur, locatio quædam, qua colono prædia

ex domeſtica ſervitute ad agriculturam promotos. Rigidi nimis cenſores, quibus non adſtipulor, ajunt, in Ludewigii tractatu, cetera non indocto, quæ de jure clientelari Germanorum traduntur, maximam partem non ex fide dignis documentis, ſed ex ejus conjecturis, JCtorumque, rerum Germanicarum inſcitia ſæpe laborantium, aut patriæ ritus ſtatutaque ad juris Romani ſcita detorquentium, ſententiis eſſe deſumta. Pergunt deinceps: Conduxiſſet hercule, clientelarium bonorum indolem ex ruſticis, eorumque in præfecturis, aut nobilium terris magiſtris hauſiſſe. Quidni & præſtitiſſet, ſcrinia tot chartis codicibusque manuſcriptis refertiſſima, in ruſticarum rerum majorem elucidationem certitudinemque, excuſſa eſſe, atque, quid in unaquaque gente in iis obtineret, docuiſſe. Luditur ſane opera, entia ejusmodi, ſub uno nomine tot diverſitates tegentia, generalibus exprimere velle definitionibus, aſſertionibusque. Sed excuſari merito poteſt vir illuſtris. Notum enim eſt certi hominum generis in eruditos odium, ardentque tanta plerumque invidia, ut nec res ejusmodi a ſe expalpitari ſinant, imo rationibus ſuis adverſari, muſſitant, quæ agreſtes reſpiciunt, publicæ exponere luci. Nec in conglomerandis chartis, rureſtrium negotia attinentibus, ſplendidi diplomatum collectores ſolent eſſe ſeduli.

a Sedem vocis in Landſiedler, vel Landſittler quærentes, Hallenſium Jureconſultus ludibrio habet, næniasque, ut vocat, etymologicas, a ſpurcitie deſumtas, canentem Taborem miſere mulctat. Sed condonetur, quæſo, viri, juris civilis certe conſultiſſimi, manibus error ille leviuſculus, nec famæ ejus, ut & celeberrimi Hertii, qui & nunc inter beatos, hic ad Ländlich ſittlich provocantis, deliria affricentur. Nondum enim exſtabat, medii ævi critica in artis formam redacta, quam & nos adhuc a viro conſummatiſſimo exſpectamus. Peccatilla literaria non tam acerbam merentur cenſuram. Perplaceat ſibi diminutivo ſiedlen a vocabulo ſitzen deſumto, atque inde vocem Landſiedeley profluxiſſe, opinetur. Commodam merito etymologiam dixeris, quam GEMELIUS *in compendio juris feudalis pag. 41.* quem citat *additionator* BESOLDI, habet. Imo ipſe BESOLDUS *ſub verbis* Landſiedel nehmen, ait: Landſiedel iſt ein Landſitz ſive Landguth. Hæc vocis contemplatio

dia ruſtica, ad certum tempus ſub certa penſione utenda, fruenda conceduntur, ſcriptura ſuper negotio confecta.

§. X.

platio, de landſidelia differenti, anſam præbuit, de landſaſſiis quædam, præludii inſtar, admiſcere, ſed, quod pace doctiſſimi Viri & obiter dixerim, non omnia ſatis recte ibi ſe habere videntur. Dubium eſt, an non & territoria Holſatorum, Obotritorum, Pomeranorumque, cum Chriſtiani iis moderari cœperunt, in pagis præfectos, qui Grafiones dicebantur, habuerint. Dolendum, quomodo antiquitus adminiſtratæ ſint provinciæ, certis non eſſe traditum monumentis. Hinc unicuique pro ſua, qua pollet, indole, impune fingendi facultas. Comites ſane in Obotritorum regione, Holſatia & Pomerania ſub duce fuiſſe, in dubium vocari non poteſt. Guzelinus, qui Wiſmariam communivit, comitatum Suerinenſem, quem pater ab Henrico Leone promeruerat, tenuit. CRANZ. *Vandal. lib. 7. p. 154.* SCHVRZFLEISCHII *res Meclenb. pag. 11.* Ita & Henricus de Badewide anno 1140. ſuffragante Henrico Leone, comitatum Razeburgenſem conſecutus eſt. Comites Holſatiæ & Stadenſes ſub ducatu quoque fuerunt Saxoniæ. Sub Pomeraniæ ducatu noti fuerunt comites Guzkovienſes. MICRAEL. *chron. Pomer. lib. 3. pag. 340.* Neugartenſes ex comitibus Eberſteinenſibus oriundi. MICRAELII *chronic. Pomer. lib. 3. pag. 347.* Et, licet territorium iſtorum partes per præfectos ſive grafios, unde deinde amtmanni, non fuerint gubernatæ; illud tamen, quod inde auctor elicere velle videtur, quaſi in illis territoriis nulli regulariter præfectis parentes fuerint nobiles, & ſic pro Landſaſſiis præſumtionem oriri, infirmo ſtat talo. Nam nobiles quosdam Pomeraniæ ſub præfecturis eſſe, autorem habeo MICRAELIVM, qui *lib. 6. chron. Pomer. pag. 447.* ait: In der Ritterſchafft ſind etliche Schloßgeſeſſen, etliche gehören zu Landvögteien, etliche zu Aemtern und werden Amts-Geſeſſene, geheiſſen, etliche heiſſet man die freyen, die übrige ſind die Affter-Leute. Videatur idem *lib. 3. pag. 343.* Schloſſaſſii prærogativa eminentiſſimi, ex nobilitate Pomeranica, Amtſaſſii autem ex advenis in indigenatum non receptis, fuiſſe videntur. Illi, ex nobilitate ſibi unum præeſſe patientes, haud dubie jura, libertates, & privilegia inſignia, quorum numero & illud fuiſſe ſuſpicor, ut non ſub præfectis, ſed ſub principe eſſent, ſibi ſtipulati ſunt. Ex numero clariſſimarum illarum familiarum celebrantur Borckii, Wedelii, Flemmingii, Oſtii, Manteufelii, Dewizii. Hi ultimi a Carolo imperatore, in Ulrico, comitum Schenckiorum nomen conſecuti, & præfectura Fürſtenberga & Streliza in

ducatu

§. X.

Scripturæ in ſua Landſideliæ definitione mentionem non eſſe factam, ait Dn. de Ludewig, ne naturalia, vel accidentalia hujus contractus cum eſſentialibus confudiſſe videatur. Verum cum hic ſcriptura non ad probationem, ſed ipſam ſubſtantiam negotii ſpectet, quod ipſe, vi ordinationis provincialis Solmenſis, ex qua pluraque ſua hauſit, negare non poteſt, dicendo, landſidelia literaria eſſe debet, ejus etiam in definitione, totam rei naturam expreſſura, mentio injici debuiſſet. Cæterum quoniam in hiſce territoriis, quæ Dominus de Ludewig, nomine hactenus non equidem ex antiquitate noto, pagum Brunſvicenſem vocat, & vicinis nullæ, ut novi, ſint Landſideliæ, parcior in natura ejus affectionibusque exponendis ero, & benevolum lectorem ad ſæpe laudati de LVDEWIGII *c. 6. de jure German. clientel.* TABOR. *diſſert. de hoc argumento* conſcriptam. Dom. C. A. BVRI *p.*1003. *ſeqq.* AGMAN *in annal. Haſſiacis coll. III. p.* 107. KVCHENBECKER *in annal. Haſſiacis part. I. p.* 102. 104. 106. 113. 114. 115.

ducatu Mecklenburgico donati ſunt; unde ad aliquod tempus comitum Fürſtenbergiorum titulum aſſumſere, quem paulo poſt depoſuere, Dewiziorum nomine, rerum geſtarum gloria inclyto, contenti; atque ſævientibus bellis præfectura Fürſtenbergenſis amiſſa, per collationem dynaſtiæ Daber, aliquo modo penſata eſt. Val. EICHST. *Annal. Pomerania, ex quibus hac* MICRAELIVS *lib. 3. p. 344.* refert. Holſati quoque primos ex nobili familia Meiendorfiorum habuerunt, comites, & cum a potentioribus deinde regi cœpti ſunt, libertatibus & prærogativis ſuis per conventiones, quæ privilegia dicuntur, cavere ſtuduerunt. Quod vero nulli in Holſatia dentur ambtſaſſii, inde provenire puto, quod advenæ non ſint admiſſi, aut ſaltem non ſine indigenatu, eique adhærentibus prærogativis.

Digitized by Google

ns. 125. 126 Dn. de LUDOLPH. *in contin. obſervat. jur. obſ. 217. & ordinat. provincial.* SOLM. remitto.

§. XI.

Bona ſolidorum Schillinghauer maximopere naturam majoraticorum *a* habere, & æque conductitia eſſe dicuntur. Illud autem in his ſingulare, quod uno ſolido, *b* ſub lege penſionum aut operarum præſtandarum, redimi queant; unde & nomen. Nec quicquam fundi, *c* aut ad fundum *d* ſpe-

a Quid in bonis villicorum obtineat, illico dicturi erimus. Sunt qui putant, ſolidorum bona mere conductitia eſſe. Sed illos a vero aberrare, ex conſtitutionibus, de hiſce bonis promulgatis, apparet. Id certum, ſolidorum homines de iis libere diſponere, eaque citra dominorum conſenſum alienare, oppignorare, aut dividere non poſſe. *Ordinatio politica Cellenſ. Reſolut. grav. de ann. 1686. c. 44. §. 5. Georg. Wilh. ordinatio de redintegrandis bonis majoraticis de ann. 1690. §. 1. p. 1007. & generale reſcriptum cameræ de die 25. Septembr. 1699. in contin. ſupplementi p. 325. 326.* Aſt notum eſt quoque, quorum utile eſt dominium, hac non pollere facultate. Neque obſtant verba ordinationis politicæ Cellenſis l. c. §. 4. denn ſie nicht ihm; nempe agri & prata, ſondern dem Guths-Herrn zuſtändig ſeyn. Hoc enim de dominio directo commode intelligi, & cum aliquali, jure in re ſolidarii ſtare poteſt. So der Hauswirth ſtirbe, ſo ſoll ſein Nachfolger auff den Hoff oder Kothe zu dem Ausgeliehenen Gelde zu antworten nicht gehalten ſeyn, er ſey denn des Verſtorbenen Erbe ꝛc.

b CLAMMER. *promt. jur. ex editione Schepliz. pag. 455.* Habet hujusmodi bona potiſſimum ducatus Luneburgicus.

c Iſt es aber ein Schillings-Guth, ſo darff derjenige, dem der Hoff durch den Guthsherrn geliehen wird, ſeinen Mit-Erben wegen Acker und Wieſen nichts geben, dann ſie nicht ihm, ſondern dem Guthsherrn zuſtändig ſeyn. Jedoch iſt an ihm ſelbſt billig und recht, daß er ſich wegen der Baarſchafft, auch fahrender Habe des Hausgeraths, und was ſonſt zu dem Erbe gehörig, mit ſeinen Mit-Erben vertrage und abfinde *Ordin. polit. Cellenſ. C. 44. §. 4. pag. 106.*

d HAHN. von Erbmeyer-Recht *C. 17. n. 22.*

Digitized by Google

ſpectans ruſtici ſit. Denique olim pro lubitu domini ſolidarius ejici potuit, ejusque heredes illa poſſeſſione privari, hodie, niſi ſolidæ adſint cauſæ, & judicis autoritas, hoc fieri nequit. *e*

§. XII.

Ex ruſticorum poſſeſſionibus, quæ conductitiam admittere cenſentur qualitatem, ſunt villicorum prædia Meier-Güter. Sunt autem illa poſſeſſiones, *a* ruſticis ſub lege publicorum privatorumque onerum, *b* quæ natura contractus requirit, utendæ, fruendæ datæ, ad heredes transmittendæ. Conductitiæ eſſe qualitatis, villicorum, qui apud Germanos Meier dicuntur, prædia Dn. de LUDEWIG Dn. STRUBIUS, & ante illos plures alii aſſeruere. Nec diffiteri poſſum, illa ex conductionis natura aliquid trahere. Non autem ad indolem hujus contractus, prout penes Romanos erat, exigi poſſunt. Multa enim ſunt, quæ juris aliquid in re villicis adeſſe, ſuadent. Ex quo etiam factum reor, quod legislatores majoriticis bonis nonnunquam nomina, quæ ad exprimendum dominium aliquod adhiberi ſolent, impertiti ſint.

e Cauſas, ob quas ſolidario poſſeſſio illa adimi poteſt, & modum, quo illud fieri ſolet, vide *apud* SCHOTTEL. *cap. 17. pag. 374.* Nec heredes absque idonea cauſa excludi poſſunt. Wir ordnen und wollen gleichwol, daß die Schilling-Höffe und Koten, zu ſamt allen deren Zubehörungen, bey den Erben, ſo lange ſie den Guthsherrn an Dienſten, Zinſen, Pächten, und andern, wie es von Alters hergebracht, davon bey rechter Zeit leiſten, geruhiglich gelaſſen, und ſie ohne Verwürckunge, und unſere Erkänntniß, von den Schillings-Gütern durchaus nicht verſtoſſen werden ſollen. *Ordin. polit. Cellenſ. c. 44. §. 8.* CLAMMERUS *l. c. p. 456.*

a De hiſce præſtationibus cap. ſeq. pertractabitur.

b Prædia hæc colonaria ad heredes regulariter transire, in vulgus notum eſt.

ſint. Autores, qui conductitium hic ſtabilire nituntur contractum, inprimis principum territoriorum Brunſvicenſium conſtitutionibus inhærent, fulciendæque opinioni varia colligunt argumenta, &, quæ ſententiæ illi adverſantur, e medio tollere allaborant; ſed loca illa non omnem hic dubitationem tollere videntur. Regeri enim poſſet ad *receſſus Salzthalenſis verba* §. 19. quod ad conſtitutionem Bremenſem, ubi villici domini utiles & veri fundi poſſeſſores dicuntur, reſpondetur, verba illic non eſſe diſpoſitiva, ſed enuntiativa, aut concipiendæ conſtitutioni adhibitos, rem non tam ex veritate, quam ſecundum ſuam opinionem tractaſſe. Deinde conſtitutionem Rudolphi Auguſti & Antonii Uldarici de anno 1703. non omnem qualitatem dominii villicorum bonis abrogare, ſed prohibere, ne temporis lapſu, quod doctores ſentiunt multi, in perpetuæ coloniæ naturam tranſeant. Sic & peregrinorum bonorum epitheton, etiam emphyteutica admittere poſſunt, atque propriis bonis, quia dominium directum deeſt, opponi. Majori certitudine ex facultate, quam ruſtici circa hujusmodi bona habent, de indole eorum ſtatui poteſt. Largior potiores operationes, quæ ex dominio fluunt, villico eſſe ademtas. Ne quidem ei competit poteſtas, in fundo colonario pro lubitu arbores amputandi. *Reſolutio Statibus Luneburgicis de anno* 1986. §. 15. *& Reſol. Hoj. prov. anno* 1697. *data* §. *VII.* Dici autem poteſt, hanc prohibitionem non tam ex lege contractus, quam territoriali fluere. Intereſt enim ſæpe reipublicæ, ne quis plenum circa res ſuas exerceat arbitrium. Facultas namque illa ex pacto, quo reipublicæ tenentur, reſtringi poteſt. Neque fundus,

Digitized by Google

dus villicanus, aut ejus partes, absque domini prædialis ſuffragio, alienari poſſunt, aut deteriores reddi, de quo infra plura dicuntor. Videtur etiam teſtamentaria diſpoſitio excludi, cum inter alienationes referatur: Verum huic Germanorum mores poſteriores, tempora illa, quibus inter ruſticos, non amplius teſtandi ritus ignotus manſit, reſpicientes, obſtare cenſentur; ſed dici poteſt, ſi quid hic aliquando factum, illud non tam ex jure villici, quam conſenſu, aut conniventia ſenioris profectum. Nihilominus adeſſe aliquid juris colono, ſupra illud, quod ex locationis contractu profluit, arbitror. Quanquam enim circa ſuperficiem fundi villici reſtricta ſit poteſtas. Verordnunge wie es mit redintegrirunge der Meierhöffe zu halten c. 2. §. 1. ſeqq., attamen tali poſſeſſione, quam diu recte ſe circa illam curandam gerit, privari nequit. Inde non male vinculum domino cum villico intercedens, conjugio, quod regulariter indiſſolubile eſt, aſſimulatur. Et licet ex tempore nullus exoriri poſſit effectus moralis, nec illud, cujuscunque etiam ſit durationis, per ſe rei naturam mutare queat; colligitur tamen ex eo, quod, ſi in perpetuum, niſi dolus aut culpa intercedat, poſſeſſio penes villicum ejusque ſucceſſores ſit relinquenda, aliud adhuc jus ei, quocunque tandem illud nomine appellare velis, præter jus perſonale, competere. Cui accedit, quod etiam publica onera in ſe ſuſcipere debeat, atque regulariter ad ipſum omne damnum & periculum ſpectet, niſi ex peculiari ſtatuto, aut pacto adjecto aliud obtineat. Ex quo conjicio, ſecundum leges æquitatis, quæ juris dicendi norma ſint, ubi lex civilis deſinit, etiam in partem

tem theſauri, in fundo majoratico, ut barbare loqui liceat, inventi, villicum venire debere. Commoda enim ejus ſint, cujus ſunt incommoda. Imo jure Romano quasdam locationes fuiſſe, ubi aliquod jus reale ad conductorem tranſibat, ſuadent varii juris textus, in quibus conductori vindicatio tribuitur. Neque jure Brunſvicenſi, *c* ut appareat ex conſtitutione, de redintegratione villicorum prædiorum de an. 1690. res aliter ſe habet. Wann ein Colonus und Beſitzer eines Meier oder Schilling Guts, ein von ſeinen Vorwiert von den Hoffe oder Kothe, ohne Gutsherrlichen consens, verpfändetes oder veralienirtes, an ſich ſonſt da zu eigentlich gehöriges pertinens, ſelbſt vindiciren wolte, bleibet ihm ſolches in alle Wege bevor &c. c. 1. §. 2. Cæterum ſublocationem, quam villico *d* Germanorum leges

 non

c Meierum cum ſimplici conductore, qui non niſi jus perſonale habet, non eſſe confundendum, adverſus contradicentes evincit Dom. BVRI p. 1124. & intuitu meierorum Cellenſium Dominus de PVFFENDORF. *introduct. in proceſſ. civil. part. II. c. 9. §. 7.*

d De villicis Romanorum, quorum ſupra a nobis mentio facta, pariter ac meieri vocabulo, in vernacula procuratorem denotante, non indocta Dom. a LVDEWIG affert, atque ad prius argumentum illuſtrandum CVIACIVM *lib. X. obſerv. cap. 34.* citat, ſed in editione, quæ inter libros meos eſt, illo loco non de villicis, ſed de atrienſibus ſive oſtiariis, qui in veſtibulis cuſtodes fuerunt, eosque pariter emundandæ ſuppellectili, in atrio expoſitæ, fuiſſe præfectos, Cujacius aſſerit. Hos Columella atrienſes ruſticos vocat. Niſi dixeris villicum in generali ſignificatione omnem rei cuidam præfectum denotare BVLENGER *de imperio Romano lib. 5. c. 63. p. 540. edit. de anno 1618.* Porro, quæ lib. X. c. 37. meæ editionis JCtorum princeps habet, generalem & ſpecialem vocabuli ſignificatum non excedunt. Apud CASALIVM *de profan. & ſacris veter. ritib. part. I.* ſequens legitur inſcript.:

D. M.
SABIO CÆS. N. S.
VILIC AQVÆ CLAVDIÆ
FECIT SIBI ET FABIÆ
TERE-

non prohibent, nihil ſupra contractum, jure Romano determinatum, habere, autumo, modo perſonæ idoneæ ſint. Siquidem illud ex *l. 6. C. de locato & conducto*, quam verba generalia ad ſenſum, quem illi Dn. a Ludewig ineſſe dicit, reſtringi non patiuntur, nec hoc neceſſitas requirit. Sic & non male huc refertur *l. 7. ff. locati conduct.* Quamvis enim & inſularum, præter culturam, aliquis fuiſſe videatur uſus; ſiquidem potuerunt gramina deſecari, aut in ea pecora agi, fructus ex arboribus, aut herbæ in medicinam natæ colligi, feræ intercipi, ædificia piſcationi ibi aptari. Sed conjicio in illa lege non de inſula in mari, aut flumine nata ſermonem eſſe: Verum ibi denotare locum, qui nullo circuitu cingebatur, a ſimilitudine vindelicet earum terrarum, quæ fluminibus ac mari eminent, ſuntque in ſalo poſitæ. Vid. *Feſtum in voc. inſula* Nam in Romanis legibus frequens eſt, id ſaltem alienum vocare, quod eſt in patrimonio privatorum. Ex pretio tamen, quod adſcriptum, conſtare videtur, Paulum omnino de loco culturæ deſtinato, atque inde maxime fructifero loqui.

§. XIII.

VERECVNDÆ CONIVG.
SVÆ CVM QVA VIXIT
ANNIS XXIV. SANCTISSIME
ET LIBERTIS LIBER.
TABVSQVE EIVS ET VIKARIS SVIS POSTERISQVE
EORVM OMNIVM
PARTE DIMIDIA SVA.

Add. HORAT. *lib. I. epiſt.* 14. De meieris nonnulla agitantur, quæ ad eos, quatenus penes nos accipiuntur, accommodari nequeunt. Superfluum enim eſt quærere, an illi jurisdictionem majorem aut minorem habeant, cum nulla plane jus dicendi gaudeant facultate.

Digitized by Google

§. XIII.

Definitionem hanc: Meieria eſt locatio conductio ad villam procurandam, resque domini defendendas, rei naturam, ut par eſt, & plene, non exprimere, nemo facile in dubium vocabit. Accuratior eſt, & ad leges bonæ definitionis magis quadrat, ea, quam celeberrimus STRVBIVS c. 2 §. VIII. habet: Putarem tamen, licet illud, quod de pleno dominio, penes concedentem manente, ait, prætermittatur, renovationem contractus, utpote quæ non ubique requiritur, omitti debuiſſe. Quæſtionem illam, an contractus hic non potius ad innominatos ſpectet? plane otioſam puto. Quid enim illi Jurisprudentiæ ſpinoſæ apices ad Germanorum ſimplicitatem, æquitati naturali magis innitentem. In gente noſtra antiquiſſimis temporibus rarior erat nummi uſus, & non adhibebatur, niſi a Romanorum proximis, ob uſum commerciorum, interiores ſimplicius & antiquius permutatione mercium utebantur. Imo & Romani fruges æſtimato datas, ut mercedem, in contractu locationis & conductionis admittebant.

§. XIV.

Sunt, qui putant, bonorum, quæ meierdingica vocantur, poſſeſſores, majori in fundis ſuis clientilaribus uti jure, quam meieros. Qui hiſce gaudent prædiis, dominis directis nexus cujusdam vinculo addicti ſunt, [a] Cumque hi eccleſiæ plerumque, aut

[a] Si quis meierdingica redimit bona, quibus hominis proprii nexus adhæret, eum ſubire neceſſe habet.

aut monaſteria ſunt, laxius cenſetur hoc eſſe vinculum, aut ceteroquin liberi, dominis annuum tantum præſtant canonem. Illuſtris Dom. STRVBIVS M. B. regis jam a conſiliis juſtitiæ intimis, de jure rebusque Germanicis meritiſſimus, hanc materiam erudita proſecutus eſt tractatione.

§. XV.

Magnam cum bonis meierdingicis bona hægermannica affinitatem habent, niſi dixeris, quoad eſſentiam hæc ab illis non diſcrepare. Hægermanni enim dominis ſuis directis, qui Häger-Junckern vocantur, ad certas tenentur præſtationes, et ſi eas juſto tempore non exhibent, fundis colonariis privari poſſunt. Sic & ad laudemium, & mortuarium præſtandum ſunt obſtricti. Neque bona hægermannica, absque conſenſu domini directi, alienari [a] poſſunt. Porro ſi ſucceſſor, intra menſis ſpatium, boni hægermannici collationem, contumaciter petere negligit, ſucceſſionis amiſſione multari poteſt. Voigtdingica quoque hujus ſunt commatis, hereditaria quidem, ſed præſtationibus ſiliginis, gallinarum, & ovorum obnoxia.

§. XVI.

Ad talium bonorum claſſem etiam pröbſtdingica ſpectant,

[a] Vocabulum alienationis hic tam late accipitur, ut etiam oppignorationem ſignificet. Multo minus hægermannis, fundorum ſuorum fiduciariorum aliquid in dotem dare, domino haud ſuffragante licitum erit. Si dominus directus in venditionem conſentit hæc, non niſi proxima neceſſitate conjuncti eam rata habeant non procedit, quippe qui jus protimiſeos & retractus habent. Vide Gandersheimenſia, Amelunxbornenſia & dominorum de Münchhauſen & Gronau ſtatuta hægermannica.

Digitized by Google

ſtant. Nam in his poſſeſſores jus minus plenum habent, nec ſine domini probſtindigici conſenſu, fundi illius clientelaris aliquid vendere [a] oppignorare tamen, non autem niſi probſtingico poſſunt. Sunt quidem horum agrorum cultores ab operis ordinariis liberi: attamen dominis ſuis annuum canonem, & quotannis quatuor vicibus operas, quas **Burchfeſte** vocant, præſtare coguntur. [b] Atque novus homo probſtdingicus domino laudemium [c] præſtare obligatus eſt.

§. XVII.

Freidingica bona a præſtationibus, [a] quibus meierdingica

[a] In ſtatutis probſtdingicis hæc leguntur: Thon=Deſſen, ſo ein Probſtings=Mann, Probeſtings=Gut ohne Wette und Wille ock Vulbor der Herren der Probeſthe vorkoffte, ſchall des Gudes vorfallen ſien, odder nach Gelegenheit der Sachen, in teen Brunſwickſche Marck vorfallen ſien, ock ſo mag ein Probeſtings ein den andern nein Probeſtings=Gut vorkopen, beſondern, ſo hoch he kan, verpenden.

[b] Thom andern, ſo ſint ock de Probeſtings=Männer, mit öhrn Kindern und Probeſtingks=Gude, 100me dat benemen mech, allene dat de Probeſtingks=Männer den Herren, den Probeſthen, und den Decken tho Ochebořch, van düſen Gude Tinſe geven van de Heffe ober der einen Brunſchwickſchen Ferdingk, aber auff duſſe Siete der Fuſen ein Punct dar tho off dat Sechtemberge Sporn=Gelde, van der Hove Land Probſtdings=Gudes, einen Hymden Habern, dar tho einen nyen Schillingk Brunſchw. dar tho ſind de Probſtingk=Mannen, dem Herren, dar ſey under waren, tho denende des Jahrs veer Dage Borchfeſt, und ſchuldig tho entrichtende.

(*Gæbel de Jure Ruſtic.*)

[c] In actis celebrati judicii probſtingici hæc leguntur: Darauff muß der Kauffer den Frieden werben, das iſt, die Anſätze bezahlen. Plura vide in diſſert. *de ſingularibus quibusdam in terris Brunſvic. ruſtic. prædiis.*

[a] Freymann kan keine Meyerdings=Güter, davon Hals=Hüner gegeben werden, beſitzen, als durch einen andern, durch eine getreue Hand, kein Freymann iſt ſchuldig Hergewette, Baulabung, Frauen=Gerade, und dergleichen zu geben.

M

Digitized by Google

dingica bona ſubjacent, ſunt exemta, & freimanni *b* nulli, præterquam cenſui, qui dicitur der Freyzinß, ſunt obnoxii. Migrare poſſunt cum uxore & liberis, nullo ſoluto lutro, quo alias hæc facultas ab hominibus addictitiis eſt redimenda. Id adhuc in his bonis peculiare eſt, quod nec ad civitates, nec ad nobiles, nec ad clericos, nec ad eos, qui non legitime nati ſunt, pervenire queant.

§. XVIII.

Prædia, quæ vocantur Sattel freye Güter, ſunt ab operibus ruſticis libera, a reipublicæ operibus non æque, Vid. diſſ. quam *de ſingularibus quibusdam ruſticorum prædiis* clar. Dom. NOLTE ſub meo habuit præſidio. Fatendum tamen interdum Sattelfrey eſſe ſynonymon Roßdienſt-pflichtig. Vid. Schatz-Patent de anno 1618. *in conſtit. elect. Brunſvic. part. IV. cap. 7. pag.* 183.

§. XIX.

In ducatu Magdeburgico de anno 1697. usque ad annum 1725. inter communitatem Iöppenick, & Michælis cujusdam viduam, ejusque poſtea filios, lites exortæ ſunt, an prædium ruſticum, ein Sattelhoff, a metatis & collectis ſive contributione liberum ſit? Pro ſententia negativa doctor SCHARTOW, fiſci nomine allegavit: Quod concionator Schwandt, qui antea prædii illius poſſeſſor fuit, d. 30. octobr 1699. coram Ammenslebenſi abbate, & conſiliario intimo de Förder faſſus, quod prædium oneribus obnoxium ſit; uxor autem ejus negare

b Freimanni ſunt coloni liberi, a ſervis manumiſſis deſcendentes.

Digitized by Google

gare non potuerit; ſe, cum 1683. cataſtri reviſio fieret, jurato profeſſam, quod ſimplex contributio de prædio illo thalerum & 16 groſſos complecteretur; atque teſtium depoſitione, & documentis, quæ in probatione producta eſſent, conſtare, quod prædium illud, præter ſtcuras, quas vocant, etiam metata pati debuerit, cum magna omnino ſit differentia inter einen Sattelhoff, Sattel-frey-Hoff, und freyhoff, neque naturæ eines Sattelhoffs adverſari, hujusmodi ſubeſſe præſtationibus. Provocabatur quoque ad exemplum des Buchlingiſchen Sattelhoffes in mego-Wansleba, & alia pæne infinita, de quibus ex reviſionis protocollo conſtaret. Quo factum, ut ſententia, contra immunitatem dicti prædii, d. 29. Octobr. 1716. a commiſſariatu regio fuerit lata. Cumque adverſum hanc ſententiam interpoſitum remedium, ob neglectas ſolennitates deſertum Lipſiæ d. 28. decembr. 1720. pronunciatum, & hæc ſententia in vires rei judicatæ transierit, conſiliario provinciali de Catt injunctum, ut loppinickenſe illud prædium cataſtro inſereret, & ſolicitus eſſet, ut ratione præteriti liquidum conſtitueretur. Vidua quidem contra lapſum fatalium, ad ſupplices ſuas preces, in integrum eſt reſtituta: Verum Berolin d. 28. Maj 1721. judicatum, ſupplicantes fratres Michaeles, ſine juſta cauſa & contra principia regulativa, naturamque talium prædiorum, de prædii ſui exemtione a contributione egiſſe. Inpoſterum itaque conſueta ferrent onera, ratione præteriti autem nihil ab ipſis præſtandum foret. Notandum, concionatorem Schwand cum anno 1689. quod prædium ex eorum numero, quæ dicuntur

tur

Digitized by Google

tur Sattelhöffe, eſſet, profeſſus fuerit, addidiſſe, prædium ad equum fiduciarium (Ritter-Pferd) Pölhenſem ephippium præſtare deberet. Aſt tale quid ex ſpeciali pacto, inter vaſallum & ſub vaſallum, proficiſcens, naturam prædii ruſtici immutare non poſſe, a parte adverſa allegabatur. Quum fiſci advocatus cum nobili de Förder, utpote intuitu fratrum, qui a Michaele nomen habent, domini directi, experiri, neceſſe habuit d. 9. Aug. 1732. differuit: Notorium eſſe prædia, quæ Sattelhöffe appellantur, a collectis non eſſe, immunia, imo & ipſam regiam majeſtatem d. 23. Maji. 1721. ad claſſem bonorum decimam illa bona referri conſtituiſſe, & definitive quodammodo pronunciaſſe, prædia Sattelhöffe ſteuris eſſe obnoxia. Fiſci antagoniſta regerebat, ex literis inveſtituræ Iohanni Förderio ab Alberto archiepiſcopo Magdeb. & elect. Moguntino anno 1523. datis, conſtare, quod prædium Löppernick inter feudales terras, Führeriis collatas, ſit; atque ſic feudorum gaudere immunitatibus. Addebatur, in conſtit. de inveſtigandis agris collectis ſubjectis, quarto Iunii 1720. §. 2. & 3. Berolini promulgata, exprimi, ſi ſubditi de agris ſuis ſervitia equeſtria præſtarent collectis ordinariis non ſubeſſe, & prædium aliquod feudale, utut in literis inveſtituræ nulla ſervitiorum mentio facta fuerit, omnia tamen jura habere, præſumi, quæ alioquin feudis competunt. BERGER *in addit. ad ſupplem. elect. diſcept. forens. P. II p.* 2105. Porro ex allegata conſtitut. §. 8. & edicto regio de 15. Decembr. 1719. publicato afferebatur, ſi prædium aliquod nunquam cataſtro illatum, immemoriali libertatis poſſeſſione tutum

tutum eſſe. Verum enim vero fiſci advocatus ad cameræ ſententiam, d. 7. Martii 1724 latam, confugiebat, & ex ea memorabat: Notorium eſſe, quod nobiles in inveſtituræ diplomatibus prædia habeant, quæ quidem ut feuda maſculina recognoſcant, nihilomninus tamen ea oneribus realibus ſubjacere.

§. XX.

Aliorum in Germania agreſtium bonorum, quorum quædam ab illis, quæ a nobis memorata ſunt, non æque diſcrepant, aut ſaltim cum iis affinitatem quandam habent, qualia ſunt terræ abſæ, bona colonaria Köllen-Höffe, curiæ dominicales Düng-Höffe, bona laudemialia Ertz-ſchützige-Güter, bona Kalandaria Kalands-Güter &c. celeberrimus Dom. conſiliarius aulicus BVRI loc. cit. agit.

§. XXI.

Cum itaque ſaluti reipublicæ conducat, præſtationes publicas a pluribus poſſe exigi, ejus merito intereſt, prædia deſerta & deſoluta a novis cultoribus reſtaurari. Quem

Digitized by Google

in finem variis privilegiis & immunitatibus, ad hanc ſpartam ſuſcipiendam, homines allici ſolent. *a*

CAP.

a Daß wir demnach concediret, nachgegeben und bewilliget haben, daß von angeregten wüſten Höfen, Kothen und Gütern, von der Zeit, da dieſelbe wieder angenommen, und bezogen worden, innerhalb dreyen Jahren, keine Dienſte, Contribution, Pächte, und andere ſonſten darauff hafftende Onera und Beſchwerungen geleiſtet, gereichet und abgetragen, ſondern allein der ordinaire Schatz von dem Viehe jährlich gegeben werden ſolle. Conſtit. Auguſt. de an. 1634. Den Leuten ſoll zu Anbau etwas von Holtze aus den Aemtern, und die Immunität von allen Landes-Beſchwerungen auf drey Jahr, nachdem ſie angefangen zu bauen, gegeben werden. Wann ein Hoff in ſolchen Stand gerathen, daß er ohne Befreyunge von den Oneribus verlaſſen werden dürffte, ſo ſoll, auf beſchehene Erkundigunge der Umſtände, die Freyheit von einen Jahre ſelbigen zu ſtatten kommen. *Receſſ. provin. duc. Cellenſ. de ann. 1673. §. 7. in quo ad receſſ. de ann. 1640. provocatur. corp. conſtit. elect. Brunſv. p. 509. ſeq. Vid. quoque conſtit. Georgii Wilhelmi de anno 1657. 1690. 1694.*

CAP. III.

DE

RVSTICORVM PRAESTATIONIBVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

De ruſticorum præſtationibus & oneribus. Horum varia ſunt genera & nomina. De collectis & tributis. De operis ruſticorum. De canonibus, cenſibus, mercedibus, laudemiis & jure mortuario. De decimis. Quare nihil de ſervitutibus addatur?

§. I.

Publicæ præſtationes, a quas operas, tributa, & collectas vocant, per rerumpublicarum moderatores eodem jure b a ſubditis, quo ipſis tutelam debent, exiguntur c Caveant autem Principes, ne pennas ita incidant, ut nequeant renaſci. Nulla res in odia motusque frequentius egit illos, quibus

a Privatæ ſunt, quas coloni dominis aut plenum, aut minus plenum dominium in prædiis habentibus, aut protectoribus exhibent.

b PUFFEND. *de J. natur.* & GENT. *lib. 8. c. 5. §. 4.*

c Rebus expediundis magis conducere, ut tributa imperentur, non rogentur, poſterius autem naturæ civium, qua ſunt liberi homines, juris fruendi, & communis utilitatis cauſa ſocietati, magis convenire, arbitror. Majoribus noſtris inauditum fuit, tributa imperari, ſed illa corrogabantur; unde in vernacula nomen Behten, vel Landbehten accepiſſe, videntur. Nec video, quare illud COLERO *conſilio primo n. 231.* diſpliceat. Tale nomen in receſſu provinciali Alberti electoris Brandenburgici de anno 1472. aliisque veteribus chartis habetur. Invenitur quoque in cod. MSpto diplomatum Holſat. qui originaliter in der Privilegien-Lade aſſervatur. In primo privilegio duc. Henrici Adolphi & Gerhardi Plœnæ 1422. omnibus incolis Holſatiæ dato, hæc reperiuntur: De holſten ſint uns pflicht na wanheit tho gevende van einer zuwelicken Have, de beſciet is von Börgern, effte Buren acht Schilling pennige, weß ſe uns Vader bede entwidet hebben, und vor der Volge daen hebben, dat hebben ſe nicht gedaen ümme older Gewanheit willen, edder ümme Rechtens willen,

wenn

quibus obſequii gloria relicta, quam immodica tributorum copia. Neque ſubditi, circa pendenda reipublicæ onera, nimium ſint queruli. Etenim, in illis exſolvendis immorigeri negligentesque, pacis, quietisque, & abundantiæ conſervandæ, aut procurandæ ſibi detrahunt media. Nam neque quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tributis haberi queunt. TACIT. *l. IV. hiſt. c.* 74.

§. II.

wenn ſe hebben dat gedaen, ümme groten Krafft und Nodt unſer und des Landes, dar ſe ſick ſülven tho beckanden, dar willen wie und unſe Erven alſo unſe bedaren manbahre trüen und Inwanere des Landes tho Holſten, bi dieſſer Rechtigkeit und Wanheit beholden, und laten ꝛc. Porro in Chriſtierni regis confirmatione privilegiorum nobilium, aliorumque, ſubditorum facta Ripæ 1460. verba hæc invenio: Wy unſe Erven und Nachkommen ſchollen und willen eder nene Schattinge, edder bede doen aver de Innwaner dieſer Lande ſambtlicken, edder beſonderlicken, uthgenamen unſe egene Lanſtende ꝛc. ſo früntlicken Willen und tholadt eindrechtlichlicken Vulbort, aller Reder und Manſchop dieſer Lande geiſtlick und Weltlick ꝛc. In Chriſtiani vero III. confirmatione privil. Kilonienſi de 1533. ſequentia continentur: Dat ock Biſchope, Prælaten, Kloſtere, Stede Lüde kenen Schot geven ſcholen, alſe de Privilegia klarlick mit bringen, an de gemene Landlede werde bewilliget, ſod ſo den dat wie ſe mit guden Willen dar tho bewegen und vermogen können ꝛc. In Friderici regis confirmatione privileg. Kilonienſi de 1524. hæc ſunt: Men ſchal ock in den vorbenœmenden Forſtendomen, nene Accise, Tollen edder Beſchweringe effte Teming, Unpliet t den Prælaten Ridderſchop, Manſchop effte Steden und allen Ingeſettenen upleggen baven Vulbort der gemeinen Manſchop.

In Friderici II. regis Daniæ privileg. Flensburgi an. 1564. d. 15. Octobr. conceſſo, eadem reperiuntur, ut & in gravam. quæ ante præſtationem homagii Chriſtiano IV. anno 1588. Kiloniæ, ut ipſis mederetur, ſunt oblata Art. 15. eadem & in cæteris diplomatibus, ad jura & privilegia Holſatorum pertinentibus, paſſim habentur. Largior autem, poſtmodum, licet imperitari cœperint tributa, id nominis per aliquod tempus adhuc retinuiſſe, atque omnes deinde indictiones, quæ poſſeſſoribus, ſive poſſeſſionibus, imponi ſolent, ita vocatas. GYLM. *ſymphor. t. I. p. 2. tit. 6. vot. 2. n. 7. pag. 45.* BESOLD. *diſcurſ. polit. de ærar. c. 5. quæſt. 7. p. 177.*

Digitized by Google

§. II.

Id ad minimum famæ dent principes, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda, ut emungentes illos immodeſtos; Æmilii Recti, duriſſimi Ægyptiorum præſidis, veſtigia prementes, cum Tiberio jubeant, tondere oves, ſed non deglubere. Summum paſtori dedecus, ex ſua culpa marceſcentes, tabeque & inedia confectas, habere oviculas. Declinabit omne nimium majeſtas, & prudenter aget, ſi moderatiſſime in hoc negotio verſetur. a Pecunia ſubditis al-

a Huic ſcopo conducere puto, ſi prudens reipubl. moderator exigendis tributis homines frugi, facundiaque valentes, qui probitatis integritatisque famam habent, atque unumquemque ex ſuo genio tractare norunt, præficiat. Selectus merito ingeniorum in quavis republica eſſet inſtituendus, & pueri ab incunabulis inſulſi, ſecundum varias animi dotes, non ad quatuor facultates, ſed ad varia reipublicæ munera eſſent formandi. Noſcenda vulgi natura, & quibus modis temperanter haberi poſſit, inveſtigandum. Homines enim facilius aliquid a ſe impetrari patiuntur, ſi ab iis, de quibus bene opinantur, rogati ſint. Nihil magis reipublicæ noxium, quam publicos reditus elocare. Conductores enim illi, quorum nihil intereſt, an civium res poſtmodum fluctuent, imo pereant, an vero proſpere ſe habeant, de nulla re magis laborant, quam ut una cum mercede, qua illorum, quibus imminent, omnem quaſi redemere fortunam, centeſimum fœnus & ultra miſeris excutiant, atque homines, quoad corpus & bona ſtatui innocentiæ reſtituant. Apage lictores illos, populum, ab eodem tecum Numine creatum, eodemque tecum ſanguine redemtum, ſine commiſeratione excoriantes. Fac, ut tui cognitum habeant, exactam pecuniam cum judicio & parſimonia diſpenſari, atque omnia in ſalutem & ſplendorem reipublicæ, non autem in luxum converti. Luxus eſt, qui merito cluit fons malorum. Ille in principe virtute, in populo ſumptuariis reprimendus eſt legibus, atque in ſubditos, eas ſpernentes, gravi animadvertatur caſtigatione; attamen ſi reipublicæ tam depravata ſit conditio, ut ſatius fuerit, omittere prævalida & adulta vitia, quam hoc adſequi, ut palam fieret, quibus flagitiis impares ſumus, neque ſine

ter ſanguis eſt, qui ſine ſenſu & dolore nunquam mittitur HORNIVS *de civit. lib.* 2. *c. IV. theſ.* 17. *n.* 5. Optumi quippe mortalium altiſſima cupiunt, ſed ſupra illos admodum enituntur, qui favorem ſubditorum æquitate & juſtitia, mollique regimine ſibi conciliare laborant. Aurum, cum lachrymis & querelis ſubditorum collectum, adulterinum & venenoſum eſt, ex ſententia Tiberii ſecundi imperatoris Græci. Summæ eſt artis principi ſuppeditare conſilia, ærario proficua, & populo non admodum gravia. Aliquando forte ad OBRECHTI aureum libellum, quem inſcribit, *quinque ſecreta politica* von Anſtellunge, Erhaltunge, Vermehrunge guter Policei, und von billiger, rechtmäßiger, und nothwendiger Erhöhung eines jeden Regenten jährlichen Gefällen und Einkommen, monita quædam exſtabunt. Nimiam tributorum exactionem in rebellionem ſæpe excitaſſe gentes, annales affatim memoriæ produnt. Ut itaque talia a republica avertantur mala, caute ubique, in juſtis etiam tributis imponendis, eſt incedendum. Potius arte & ſuaſionibus, quam vi *L'obedire per ſe ſteſſo e duro, s'aggiungi la violenza s'inaſperisce in maniera, che ſtimato giogo infelice non troverà humore benche placido, che non procuri di ſottrare il collo Mal.* Popyſmata igitur ſunt adhibenda, & velut incantamenta, quibus rei acerbitas lenitur *b* obvelaturque.

§. III.

ſummo reipublicæ periculo reſecari queant, prudentis reipubl. eſt rectoris, rebus luxui inſervientibus onera præprimis imponere, quæ vero ad alimenta & vitam ſpectant, iis plane eximere, aut notabiliter minuere.

b Nihil magis naturale, quam rationabiliter propriis inſervire commodis; propria autem utilitas non poteſt eſſe ſine reipublicæ ſalute; alias enim homines non neceſſum habuiſſent, in ſocie-

Digitized by Google

§. III.

Sunt autem tributa *a* præſtationes publicæ, quas princeps *b* ut caput reipublicæ, a ſubditis tantum, *c* ad

N 3 ſuſti-

ſocietates coire. Salus vere reipubl. non poteſt eſſe ſine mediis, eam conſervandi, aut recuperandi, media illa non poſſunt haberi ſine nummis, nummi non poſſunt corrogari ſine populi ſubſidiis. Faciunt huc, quæ habet HOBBESIVS *de cive c. XII. §. 9. In omni civitate cogitandum eſt, manum qua gladium tenet, eſſe regem vel curiam ſummam, & ab induſtria civium non minus alendam eſſe, illa qua quisque fortunam ſuam privatam fabricatur; vectigalia autem & tributa nihil aliud eſſe, præter mercedem eorum, qui armati vigilant, ne induſtria ſingulorum incurſu hoſtium impediatur. Nec magis juſtam querimoniam eſſe eorum, qui paupertatem ſuam penſionibus publicis imputant, quam ſi dicerent, inopes ſe fieri propter ſolutionem debitorum.* Sit tamen, ut dictum, modus in rebus, cogitentque principes, ſe eſſe rerumpublicarum patres & tutores. Tamen ſibi conſulit princeps, ſi in conventu Ordinum, quantæ ſint reipublicæ neceſſitates, & quam neceſſaria ſubſidia, exponere non dedignetur. Subditos enim multo alacriores habebit in præſtandis nummis, quos in ſtatibus provincialibus ipſi decreviſſe putabunt, quam ſi pro arbitrio illos exigit. Hinc Galli, cum gentem ſuam in pendendis tributis immorigeram viderent, ad comitia, autore Mazarino, provolarunt, quibus habitis, paratiores ſubditi ad dandum præbebant manus.

a Tributi vocabulum a nobis tam late accipitur, ut etiam collectas, quæ alias onera extraordinaria dicuntur KLOCK. *conſil. 28. n. 14.* complectatur.

b Jus, exigendi tributa, competit illi, qui ſuprema in territorio poteſtate civili gaudet. KLOCK. *de contribut. in imperio uſitat. §. 6. 8.* Recte tamen ſibi conſulit princeps, ſi in conventu Ordinum, quantæ ſint reipublicæ neceſſitates, & quam neceſſaria ſubſidia, exponere non dedignetur. Subditos enim multo alacriores habebit in præſtandis nummis, quos in ſtatibus provincialibus ipſi decreviſſe putabunt, quam ſi pro arbitrio illos exigit. Hinc Galli, cum gentem ſuam in pendendis tributis immorigeram viderent, ad comitia, autore Mazarino, provolarunt, quibus habitis, paratiores ſubditi ad dandum præbebant manus.

c Extranei, qui nec mobilia, nec immobilia, in loco, in quo tributa colliguntur, habent, ab iis, niſi ſtatutum, aut conſuetudo aliud velint, ſunt immunes KLOCK. *l. c. §. 15.* Atque hinc tributi ſolutio, ſolventem eſſe de territorio ejus, cui ſolvitur, probat *gloſſ. ad c. 1. X. de cenſibus* KLOCK. *conſ. 29. n. 872.* Hac ratione differunt a vectigalibus, quæ tam ab extraneis, quam ſubditis exiguntur. GROT. *de jure belli & pacis lib. 2. c. 2. §. XIV.* Largior tamen, vocabulum hoc in latiori ſignificatu & tributum denotare. BESOLDI *diſcurſ. polit. de ærario publ. c. IV. §. XIII.* BECHTIVS *de ſalvo conductu theſ. 56.* KLOCK. *diſſ. de jur. vectigal. §. 7.*

d Ita-

ſuſtinenda reipublicæ onera, colligit. *d*

§. IV.

Multa ſunt tributorum onerumque nomina *a* multæque diſtinctiones. Præcipue ſolent penes nos dividi in Reichs

d Itaque nulli regulariter in civitate a tributorum præſtatione ſunt liberi. Juſtum enim eſt, neminem immunem eſſe, cum ad omnes redeat utilitas. Solent tamen nonnulli dignitate & ordine ſuo, aut ſpeciali principis privilegio eſſe exemti, KLOCK. *de contributionibus in imperio uſitatis §. 31. 37.* Quibus aliqui addunt præſcriptionem immemorialem, quam non eſſe excluſam dicunt, niſi ſit nominatim excluſa BRVNN. *ad l. 5. c. de fundis rei privatæ.* Nonnunquam nec privilegiati ſunt immunes, ubi illud neceſſitas, aut ratio reipublicæ requirit. Neceſſitas enim omnia limitat jura & privilegia GROT. *de I. B. & P. lib. I. c. IV. §. 7.* Solentque tunc ſeſe proteſtatione munire, quod hoc immunitati ſuæ nocere non debeat, atque eum in finem plerumque illis literæ, quæ reverſales dicuntur, impertiuntur. Vid. Nordiſchen Land-Tages-Schluß de anno 1620. *in libr. receſſ. & convent. Friſiæ orient. p. 2. p. 162.* Exiguntur autem plerumque tributa, per æs & libram, nach eines jeden Tax und Vermögen, hoc eſt ſecundum vires & quantitatem patrimonii, obventionumque cujusque, habito nimirum reſpectu ad fructus potius, quam ad valorem rei KLOCK. *conſ. 28. n. 190. & conſ. 104. n. 190.* Quo plus enim quis reipublicæ pro ſui conſervatione debet, eo plus etiam ad principatus ſubſidia concurrere tenetur. Illud enim jus æquitatis naturalis inculcat.

a Catalogum ex KLOCKII *diſſert. de contribution. quem* BESOLDVS *quoque c. 4. de ærario pag. 69. &* WAREMVNDVS de ERENBERG *de regni ſubſidiis c. IV.* referunt, adponere liceat. Reichsſteur, Landſteur, Crayßſteur, Freuleinſteur, Abzug und Nachſteur, Abfahrt, Abſchoß, Auflöſunge, Leibſteur, Beeth, Boden-Zinß, Wein-Geld, oder etliche Faß von Wein, Frachtgeld, Brückgeld, Schlagelſchatz, Forſtgeld, Maſtgeld, Laſtgeld, Soldatengeld, Balckengeld, Maſtbaumgeld, Weinkauff, Todtfall, Weidemahl, oder das beſte Haupt aus dem Viehe, Erbzinß, Pflugeld, Nodtgeld, Zehnden von Fleiſch, Wein, Kern, Erbſen, Flachs, Kraut, Viehſchatz, Scheffelſchatz, Hufengeld, Bauholtzfuhr, Tranckſteur, Schornſtein- oder Camingeld, Sparengeld, Marcktgeld, Schutzgeld, Reiſgeld, Accis, Handlohn, Willkomunſchatz, Betteſchatz, Küchen-

Reichs *b* und Landſteuren; Illa Imperatoris & Imperii conſenſu, hæc vero ab eis, qui ſummam rerum in republica Germaniæ particulari habent, adhibito aliquando Ordinum provincialium conſenſu, imponuntur. *c*

§. V.

Kirchenſchatz, Taffelſchatz, Freygeld, Brückengeld, Weggeld, Ungeld, gemeſſene und ungemeſſene Frohndienſte, additurque, & ſexcenta alia. Romani quoque ſua habebant onera, quorum alia perſonalia, alia realia, alia mixta appellantur, de quibus confer BVLINGERVM *de vectigalibus populi Romani*. Sæpe & ipſis ex re qualibet bonus lucri odor. Imo & ex fumo, aere, umbraque pecunias congerebant.

b De collectis Imperii vid. VITRIAR. *in J. P. lib. 3. tit. 3. §. IV. & ad eum* PFEFFINGER. Quonam tempore hæ cœperint collectæ, non ſatis certum eſt. Si imperii ſalus has requirit, nulli qui imperii tutela utuntur, ab iis ſunt exemti. Quæ imperii ſtatus hunc in finem pendere neceſſe habuerunt, a ſubditis ſuis, nullis exceptis, licet alias immunitatis privilegiis ſint muniti, repetere poſſunt. *Receſſ. imperii de anno 1543. §. 23. & 1548. §. 100.* GYLMAN. *ſymphor. tom. I. p. II. tit. 6. n. 46.*

De collectis ex profeſſo agunt. KLOCK. *tract. de contributionib.* BOCERVS *de jure collectarum.* WINZLERVS *in ſynopticis obſervationibus de collectis ſive contributione Imperii & provinciarum*, *vulgo* Reichs = und Land = Steuren. ZIGLER. *de jurib. majeſtaticis.*

c Serius Germaniæ principibus, ex lege Imperii, jus collectandi ſubditos, enatum eſſe, dicunt. Non autem, niſi cum aſſenſu ſtatuum provincialium hoc jure utebantur, KLOCK. *conſ. 28. n. 15. & conſ. 9. n. 48. conſ. n. 72. conſ. 50. n. 109. 110.* quorum ſuffragium deciſivum alicubi ferme in deſuetudinem abiit. Daß der Herr Graff keine Steuren, noch Collecten mag anlegen, ohne Bewilligunge und Conſens der ſämptlichen Landſtände. *Apologia urbis Embd.* anno 1602. typ. impreſſa. Collecten, wie die Nahmen haben, ſollen auch in caſum belli defenſivi & extremæ neceſſitatis anderer geſtalt nicht, als unter vorgegangener Communication auf offenen Land-Tagen, und darauf beſchehener Bewilligunge von allen Landſtänden, abgeleget und ausgeſchrieben werden. Confirm. privil. St. pr. Guel. In Germania, antequam præfecturæ œconomiam omni numero inſtructam haberent, epiſcopi & principes per pactum publicum d'ætæ provincialis, tempore potiſſimum Caroli IV. ab ordinibus & ſubditis ſibi acquiſivere ſubſidium charitativum, Herrn-Bröck, Taffel = Gelder, Küchen = Pfennige, Landbethe & ſimilia. In receſſu Marchio

§. V.

Ius ex ſubditis ſuis tributa, collectas & ſteuras, quas dicunt exigendi, in territoriali ſuperioritate fundamentum habet. *a* Qui enim territoriali uti tutela cupit, ut ad media, quæ illa requirit, concurrat, neceſſe eſt. *b* Hoc jus imperii Ordinibus in imperii conſtitutionibus *c* confirmatum eſt.

§. VI.

chico de anno 1472. elector Brandenburgicus Albertus ordinibus provincialibus: Prælaten, Graffen, Ritterſchafft, Mann und Städten, pollicetur, ſi ſubditi centum millia aureorum, ad delendum æs alienum, conferrent, fore, ut a Landbethe liberi eſſent. Adde Land-Tages-Abſchied de ann. 1524. Morem illum jam Francorum ævo in Germania uſitatiſſimum fuiſſe, annalia teſtantur dona, de quibus BALUZIANA *volumina* LEHMANNI *chron. Spirenſe*, *&* HEIDERUS von Reichs-Voigteyen conferantur. Principes recentioris, ævi, ſubditis reverſalibus proſpicere debuerunt, quod ſubſidia illa, aliam, quam doni gratuiti, rationem habere, non deberent: Poſtquam autem ſtrictior regendi territoria modus invaluerit, ordinesque in dictis provincialibus ſæpe non tam votum deciſivum, quam conſultativum habere cœperint, id quod voluntarium erat, naturam neceſſarii induit. In receſſu Saltzdalenſi de ann. 1597. ſequentia leguntur: So viel Mey- und Herbſt-Bete, fette Kühe, Herings-Füchte, Vogt- und Dröſcher-Geld auch dergleichen in etlichen Aemtern von Alters hergebrachte ſtehende Rente belangend, ſoll es wie es vor 30. Jahren, von Ann. 86. zurück zu nehmen, damit gehalten werden, auch hinführo dabey bleiben. Jus publicum particulare quoque mutationibus eſt obnoxium.

a GROTIUS *de jure B. & P. lib. II. c. 6. §. 13.* PUFFENDORF *de I. N. & G. lib. VI. c. IX. §. 10.* HORN. *de civitate lib. II. c. 4. §. 12.* HUBER. *de jure civitatis lib. I. ſect. 3. c. 6. §. 30. l. 23. de epiſcop. & cler. c. 2. X. de cenſibus.*

b SCHUZ. *in colleg. juris publ. exercit. XI. p. 726.* CONRINGIANA *tom. IV. p. 744. 745.*

c *R. I. Nor. de ann. 1543. §. 24. Auguſt. de ann. 1548. §. 95. Inſtrum. pac. W. art. VIII. Capitul. Leopoldi & Joſephi art. III. Capitulatio Caroli VI. art. I. & XV.* PUFFENDORF. *rer. Suec. lib. II. §. 113.* MYLER. *ab Ehrenbach part. II. c. 62.*

Digitized by Google

§. VI.

In terris Brunſvicenſibus, onerum quæ ex ſubditis exiguntur, numero ſunt acciſa, quæ vocatur, ex cereviſia, vino, vino aduſto & liquoribus, qui ad hunc ſpectant cenſum, de butyro, caſeo, carne, frumento, antequam molendino conterendum committitur, & mercibus quibusdam. *a* Huic accedunt tributum ex tobaco, quod licentiam, *b* ſive acciſam *c* dicunt; nec non reditus univerſalis, licentia dictus, haud dubie, quod ſoluto demum hoc onere re uti liceat, variis in terris electoralibus Brunſvic. impoſitus rebus *d* ut & contributio *e* In terris Brunſvicenſibus capi-

a *Conſtit. Brunſvic. elect. part. IV. c. 7. & 8.* In ducatu Brunſvic. variæ hac de re exſtant conſtit. utpote de anno 1687. 1693. 1702. 1709. 1712. 1714. 1715. 1716. 1717. 1719. 1721. 1725. 1731. Ab acciſæ onere ſunt exemti in ducatu Brunſvicenſi ſtatus miniſtri, cancellarius, conſiliarii, ſecretarii, & reliqua, ad aulam & cancellariam, nec non ad collegium illud, quod Land-Renterey vocatur, ſpectantia membra. Schatz-Ordnung de ann. 1619. Profeſſores quoque, & illi, qui ad academiam ſpectant, immunitatis privilegio gaudent.

b *Conſtit. elect. Brunſv. part. IV. c. 7. p. 63. 72.* Schatz-Ordn. *D. B. de an. 1719.*

c *Conſtit. duc. de ann. 1698. 1699. 1703. 1711. 1716. 1718. 1719. 1721.* Hodie in toto ducatu tobaci monopolium, ſub certo annuo reditu, ducali præſtandum cameræ, uni eſt permiſſum, omnisque peregrina, ſub confiſcationis lege & mulcta quadam, regulariter excluſa eſt herba Nicotiana. Conſt. de ann. 1726. 1728. 1729. 1730. 1731. 1732. 1733.

d *Conſtit. elect. B. part. IV. c. 6. 7. 8.* Quid intuitu Cleri & Profeſſ. Götting. obtineat vid. *l. c. & part. I. c. 1. p. 726.*

e Conſtit. de ann. 1637. 1645. 1646. 1647. 1650. 1651. 1653. 1654. 1656. 1657. 1672. 1685. 1686. 1690. 1697. 1701. 1702. 1703. 1705. 1707. 1709. 1710. 1712. 1714. 1715. 1716. 1719. 1721. 1730. *In conſtit. elect. Brunſv.* etiam contributionis fit mentio. *part. IV. c. 5. p. 24. & c. 8.* Sed hæc ibi nomen ſuum in licentiam mutaſſe videtur. *p. IV. c. 7. p. 98.*

capitationes ſemper fuerunt, rariores, & principum clementia jam plane exſpirarunt. *f*

§. VII.

Sunt deinde peculiaria quædam onera, utpote, Cloſter-Taxa, Stadt-Taxa, Mühlen Schatz *a* Civitatum ædificiis impoſitum eſt onus, quod Schos dicunt, & militibus, qui urbibus præſidio ſunt, ſalgamum, quod Service *b* appellant, eſt præſtandum.

§. VIII.

Sufficiant hæc de præſtationibus in genere, prout circa nummos civium verſantur, *a* de quibus quædam præmittere conſultum putavi. Ad illas jam, quæ a ruſticis aut intuitu rerum rureſtrium exiguntur, propius accedamus, oportet; illud enim inſtituti ratio requirit. Contemplabimur itaque eas, quatenus aut principi, aut domino prædiali, protectorive exhibentur.

§. IX.

Publicæ præſtationes ruſticorum, ad quas, ut incolæ regionis obſtringuntur, aut complectuntur operas, aut nummos, quos principi exhibere tenentur. Obligatio ad operas

f *Conſtit. ducal. de ann. 1692. 1713.*
a Vid. Schatz-Ordnung.
b *Conſtit. de ann. 1640. 1645. 1668. 1675.* 1677. 1679. 1683. 1684. Aliquando etiam ruſticorum eſt, militibus menta prebere. De his agunt conſtit. 1644. 1684. 1688. 1701.

a De operis in genere jam non ſumus ſoliciti, cum non ita multæ ſint, quæ omnibus incumbunt civibus, ſed ex maximam partem agreſtes premunt.

Digitized by Google

operas publicas poſtulat, captanti arma principi adeſſe, ejusque caſtra ſequi. Nec male huc trahuntur, quæ venatum, tanquam ad belli præludium, eunti debentur officia; imo angarias & parangarias quoque, item manus auxiliatrices, ad munienda aut reparanda caſtra, exædificanda, aut reficienda palatia, ædificiaque publica requirit, teneanturque eandem circa pontes, aggeres, vias adhibere curam, ut & excubias in caſtris aliisque locis, ubi illud ratio reipublicæ requirit, agere. *a* Etenim in ſocietatem civilem coeuntes, hæc omnia, quippe quæ civitatis beatitudo poſtulat, una cum obſequio, tacite etiam, promiſerunt. Neque ſe ab officiis, aulæ principis præſtandis ſubtrahere poſſunt ruſtici, cum aulæ ſplendor ad famam, qua aliquo modo regna & principatus ſtant, faciat.

§. X.

Antiquioribus temporibus, cum Germaniæ respublicæ maximam partem militares eſſent, belli inſtrumenta lectus civium numerus conſtituebat. Ad operas vero bellicas præſtandas, ſtrictiori vinculo obnoxii erant, qui beneficia, quæ

 deinde

a Principi, ut capiti reipublicæ, ſubditos ſuos ſub arma cogere licet; ex pacto enim, quod cum multitudine, ſocietatem civilem deinde conſtituente, iniit, eam defendere obſtringitur, qui autem habet jus ad finem, etiam habet jus ad media, daß wann ſie aufgemahnet werden, ſie alsdenn mit ihren Dienſten zu Kriegesläuffen erſcheinen. Chur-Pfaltziſche Landes-Ordnung. Nec ab illa obligatione aliqui civium ſunt immunes, omnes enim tutela frui volunt, niſi hoc privilegio impetraverint, quod tamen premente, neceſſitate, non attenditur. GROTIVS *de J. B. & P. l. 1. c. V. §. IV.* HORNIVS *de civit. l. 2. c. 2. §. 16. n. 3.* PVFFENDORF. *in diſſert. de obligat. erga patriam §. 12.*

deinde feuda dicta ſunt, habebant; pedetentim etiam liberti, & aliquando etiam majori adhuc nexu addicti, ad augendum militum numerum, ſunt admiſſi. Si eccleſiæ, vel monaſteriorum homines ſub pagi, ſive provinciæ comite caſtra ſequebantur, advocatus vexillum ſuſtinebat; *a* atque inde vexilliferi, aut vexillarii, ſigniferi eccleſiæ nomen ipſi inditum, ſolebatque advocatus, mediante vexillo, in officii ſui poſſeſſionem mitti. *b*

§. XI.

a AVBERTVS MIRAEVS *in notitia eccleſ. Belgii c. 151.* IEAN COVSIN *en ſon Hiſtoire de Tournai tom. III. c. 49.* *In ſancti Martini chronica* dicitur, quod comes Andegavenſis, eccleſiæ St. Martini Turonenſis advocatus, cum Thibaldum Blæſenſem comitem acie devinceret, ex ſeculi more, ſecum Martini vexillum habuerit. Vexini comites, St. Dionyſii vexillum, quod auriflamma dicebatur, utpote St. Dionyſii advocati; in expeditionibus militaribus & prœliis præferebant. Hac famalia exſtincta, ſub Ludovico groſſo, ſive craſſo hoc munus ad regem eſt delatum, ut teſtis eſt SVGERIVS *abbas St. Dionyſii in vita Ludovici groſſi. Diploma de anno 1124. apud* DVCHENE *pag. 28. de advocatis Bethunenſibus* legitur. Haud dubie hæc fuit ratio, nempe quod advocato geſtandi vexilli munus incumberet, quod Carolo M., urbem Romam ingredienti, ut advocato ejus eccleſiæ, vexilla ſint oblata.

b Præſtat ex ſuis civibus conſcriptum habere exercitum, qui, præter ſtipendium & militare juramentum, alio reipubl. vinculo obnoxii. Nec tantum ſubditis incumbit principis caſtra, ad propellendum hoſtem a finibus, ſequi, ſed & ſub eo, extra territorium, bellum reipublicæ cauſa tractante, ſtipendia mereri, obſtringuntur, modo belli cauſa ſit juſta. Jus enim reipubl. proſequenti reſpublica opem ferre debet. Eſt enim in pacto, quod capiti cum membris intercedit, non ſolum, quæ reipubl. ſunt tueri, ſed & ea, quæ ipſi debentur, vindicare. Inter illos, vero qui communem ſuperiorem non habent, ſi pacis ſuccedere nolunt conſilia, controverſiarum Mars eſt arbiter. Nec conducit, reipubl. illum, cum quo armis contendi debet, intra limites exſpectare proprios. Non ſolum enim ab adventante hoſte ſæve omnia habebuntur, quæ rapinæ ejus occurrent, ſed &, ſi adverſa deinde dimicaretur fortuna, omnia quaſi uno impetu hoſti in prædam cederent.

Quæſtio

§. XI.

Ex agreſtibus provinciales leguntur milites, qui delectus qnandam habent ſpeciem. Quid in iis eligendis obſervandum, quid illis incumbat, quidve inde habeant emolumenti, variis eſt traditum conſtitutionibus. a

§. XII.

Inter operas ruſticorum, quas princeps exigit, numerantur & ſervitia, quæ venanti gratuita præſtant. Sit & hic modus in rebus, ne a colendis agris, aliisque perficiendis rebus, quibus vitæ ſubſidia quærunt, abſtinere cogantur. Quanquam hodie ruſtici, leporibus ſæpe aliisque, minoribus animalculis inhiantibus ſaltuariis, venatoribusque opem ferre neceſſum habeant: Attamen principes ruſticanas haſce

 operas

Quæſtio illa, quid faciendum, ſi ſubditi dubitent, an belli cauſa juſta, vix ullum hodie habebit uſum, ubi paucis datum, de belli juſtitia aut injuſtitia judicare. Subditis obſequii gloria relicta eſt, vid. GROT. *de j. b. & pac. lib. 2. c. 26. §. IV. V.* Conductitius miles ante Sigismundi, Huſſiticis motibus graviter vexati & Maximiliani tempora in Germania infrequens fuit, ex ſubditis more majorum fiebat delectus; ſed cum hic, ad antiquum modum, hodie ceſſat, ruſtici, ad tributum & hoſpitationes obſtringuntur.

a Vid. *Conſtit. electoral. Brunſv. part. II. c. 6. p. 307. 313. 326. part. III. c. 2. p. 205. ſeqq. part. III. p. 193. 199. 200. Conſtit. ducal. de anno 1692. 1709. 1714.* 1715. 1721. 1730. 1732. Ex Rudolphi Auguſti & Antonii Ulrici conſtit. de anno 1692. quinque annos provincialis durare debet militia, in Antonii Uldarici, autem conſtit. de anno 1709. d. 8. Octobr. ſex annorum fit mentio. Ternarius deinde annorum numerus placuit, antequam miſſio fieret, qui deinde in quaternarium eſt mutatus. *Conſtitutio Auguſti Wilhelmi de anno 1730. d. 31. Julii & Ludovici Rudolphi de anno 1732. d. 23. Febr. In Auguſti Wilhelmi conſtit. de anno 1714. d. 5. Jun.* legitur, ut loco ſervitiorum a militibus provincialibus præſtandorum pecunia ſubſidiaria præſtetur.

Digitized by Google

operas non niſi in venationes majores depoſcere ſolent: Daß unſerer von Adel Gutsleute zu keinen andern, als Wolffs und denen hohen Jagten, und zwar zu dieſem letztern des Jahrs nur zweymahl gefodert, jene die Wolffs-Jagden auch durch unſern Oberjägermeiſter, oder Oberförſter nicht unnöthiger Weiſe angeſtellet, und alſo die Leute nicht zur Ungebühr damit beſchweret werden ſollen. Reſolution denen von Adel in §. §. Dannebergiſchen anno 1682. ertheilet. §. IX. Vide plura in reſolutione der Lüneburgiſchen Landſchafft ertheilet de anno 1695. §. 5. Ab hoc venatus onere in terris Brunſvicenſibus provinciales ſunt exemti milites, niſi de luporum venatu agatur. *Conſtit. elect. Brunſvic. part. IV. c. 6. p.* 313. Sæpe operæ hæ in pecuniam commutari ſolent, ad quod tamen inviti ſubditi cogi nequeunt. Hoc inſtitutum aliqua ex parte ab æquitate recedere, ſunt qui putant; cum hæc onera perpetua, jus autem ſequelæ & venatus, quoad actum ipſum, ſaltim temporarium ſit. Hinc in receſſu provinciali de an. 1639., ne ſervitia militaria in nummos converterentur, ſoliciti fuerunt. Nachdem ſich auch fürs 24. die löbliche Stände befahret, daß über kurtz oder lang die Landfolge, ſo wohl dem Adel als Städten und andern Unterthanen uff Geld geſchlagen werden mögte, als ſollen dieſelbe darzu nicht genöthiget werden: jedoch dagegen diejenige, welche dem gnädigen Landes-Fürſten mit Roßdienſten verwandt ſeyn, tüchtige Pferde, und im Kriege erfahrne und verſuchte Knechte auff erfodern einſchicken. Ex obligatione illa, qua ſubditi principis ſui potiſſimum caſtra ſequi tenentur,

Digitized by Google

tur, illi jus enaſcitur, ſubditis, ne peregrinæ militiæ ſe addicant, [a] interdicere.

§. XIII.

Huc pertinent navium, equorum, plauſtrorumque præſtationes zu den Krieger- oder Hoffſuhren: Et cum, ſub prætextu angariarum & parangariarum, ad indebitas ſæpe vecturas ruſtici adigantur, per conſtitutionem *Georgii Wilhelmi de anno* 1673. determinatum, ne cuidam ejusmodi vecturæ absque ſuo, conſiliariorum ſanctiorum, aut regiminis ſpeciali juſſu concederentur. Et ut omnibus hic occurreretur fallaciis, *in reſolutione provinciæ Hojenſi anno* 1697. *data* §. *XVI.* conſtitutum: Alle und jede (Fuhren) aber obgeſagter maſſen ordiniret und geleiſtet werden, in die darzu bey jeder Dorffſchafft zu haltende Bücher mit Vermeldung zu was Behuff dieſelbe geſchehen, und der Anführunge des darüber erhaltenen Befehls, deſſen dato und Unterſchrifft verzeichnen, und alle halbe Jahr mit den verordneten Commiſſarien ſich zuſammen thun, mit denenſelben vermittelſt Produci-

[a] Vide præter varias Imperii conſtit. edictum Rudolphi Auguſti de anno 1671. Talia edicta etiam in ducat. Sleſv. & Holſ. anno 1599. 1622. ſunt promulgata. *Receſſus provincialis Saltzthalenſis de anno* 1597. §. 6. triginta annorum præſcriptionem, von anno 86. zurück zu rechnen, in pecunia pro venatus opera admittit. Sic & elector Saxoniæ certi diſtrictus ſubditos, qui ſibi ſuisque venantibus in ſylva quadam diſſita adeſſe debebant, ab onere hoc, ſub lege quatuor florenorum, de ſingulis agris, quos hubas vocant, pendendorum abſolvit, ita tamen ut ipſi venanti electori adhuc operas præſtarent. LYNCKER. *deciſ.* 1361. Hac mutatione debito modo facta, utrumque exigere nefas eſt, & pactum, quod forte tale quid in volvit, ſtricte & in favorem ſubditorum eſt interpretandum.

ducirunge vorberegter der Dorffſchafften, auch von denen Unter-Bedienten jedes Orts gleichmaſig zu haltender Gegen-Bücher, und habender Befehle, deswegen richtige Abrechnunge halten, zu ihrer juſtification von denen Commiſſarien mit unterſchreiben laſſen, auch allemahl im januario gemeldeter Commiſſarien atteſtata, daß ſolche Abrechnung von dem vorigen Jahre gehalten, wie nicht weniger ſonſten dieſer Verordnung ſtricte nach gelebet und alle mehrbeſagte Fuhren richtig befunden, und mit original befehlen juſtificiret worden, einbringen und unſern geheimbten Räthen zu ſenden, &c. Vid. quoque Reſolution der Lüneburgiſchen Landſchafft ertheilet 1686. §. XIII. & Amts-Ordnung *de ann.* 1674. §. 38. *part. IV. conſtit. elector. Brunſvic. c. 5. p.* 43. Referuntur quoque huc die Riege Fuhren oder Riege Dienſte, quando ruſtici ſarcinas principis, aut comitatus ejus ex uno in alium locum vehunt, vel curribus, quibus ipſi vehuntur, equos jungunt, aut cereviſiam feraſque in aulam transportant, aliæque hujus generis vectiones. *In receſſu Saltzthalumenſi habetur:* **Die Korn- und Wullen-Fuhr zum Hofflager.** Vid. *& Receſſ. Guelpherbyt.* § 17. Inter has quoque vectiones ſunt die Jäger-Fuhren. Vid *elector. Brunſvic.* Amts-Ordnunge l. c. Sunt qui putant, obligationem ad hujus generis vectiones, cum non ex ſuperioritate territoriali fluant, pro ſe non habere præſumtionem.

§. XIV.

Munimenta, ad impediendos hoſtes, ne exercitu ſuo in ipſa territorii viſcera penetrare queant, maxime eſſe utilia,

lia, experientia conſtat. Cumque de utilitate pariter & ſplendore reipubl. ſit, palatia principis aliasque publicas ædes e. g. die Amthäuſer, recte inſtructas habere: Ideo ad illa, quæ communi utilitati inſerviunt, communes etiam operæ ſunt adhibendæ. Vocantur hæ operæ Burgfeſten, & nulli ruſticorum, nec meieri, & qui prædia ruſtica habent, ab illis, non niſi peculiari privilegio, ſolent eſſe exemti. BALTHASAR *de operis ſubditorum c.* 8. GEORGIVS ENGELBRECHT *in diſſ. de oper. ruſtic.* von Herrendienſten §. 47. quæ in Germanicum translata idioma part. 2. des neu vermehrten Dorff- und Landrechts exſtat. *Receſſ. provincial. Hannover.* 3. *April.* 1693. *part. IV. conſtit. elect. c.* 8. *p.* 50. Olim in ducatibus Guelficis indeterminatæ fuere; poſtquam vero illæ, ſæpe præfectorum iniquitate, in nimium auctæ, aut ad alia etiam converſæ negotia, huic malo per earum determinationem a medela adhiberi cœpit.

§. XV.

a *In reſolutione ſtatibus provincialibus comitatus Hojenſis anno* 1679. *data*, ſequentia reperiuntur. So erklären wir uns gnädigſt dahin, iſt auch von unſeren getreuen Rittern und Landſchafft unterthänigſt beliebet und angenommen worden, daß hinführo und zu ewigen Tagen von allen und jeden, in beyden Graffſchafften wohnenden Unterthanen, ohne Unterſcheid, es gehören dieſelbe ratione der Guts-Herrſchafft uns oder anderen Guts-Herren, an unſere Aemter, worunter ein jeder geſeſſen, und zwar die Meyere, Halb-Meyere, Egget-und andere Köthere, welche bishero die Burgveſten mit dem Spann verrichten müſſen, alljährlich vier Spann Dienſt-Tage zu Burgveſten, und zwar ein jeder derſelben mit ſo viel Pferden, als er bey Leiſtung des obliegenden ordinairien Wochendienſtes anzuſpannen ſchuldig iſt, die übrige Handdienſtleute aber mit der Hand eben ſo viel Tage praſtiren und ableiſten, ꝛc. Et ſub hoc quatriduo omnes comprehenduntur operæ, quæ alias adhibendæ in beyden Graffſchafften befindlichen Schlöſſern, und deren Brücken, Wällen,, Graben, Thoren, imgleichen Amt- und Zollhäuſern, Vorwer-

(*Gæbel de Jure Ruſtic.*)

§. XV.

In ducatu Guelferbytano in operis hiſce, ad triginta annorum obſervantiam reſpicitur. *In receſſu, Saltzdahlumenſi de anno* 1597. *dicitur*: Die Burgfeſte betreffend, da wird es billig mit derſelben hinführo dabey gelaſſen, wie es in einen jeden Amt und Dorff von alters, und ſonderlich für 30. Jahren von Trinitatis 86. zurück zu rechnen, iſt gehalten und hergebracht. Vid. *& receſſ. de anno* 1619. §. 18. Solent autem & operæ, quæ in muniendis locis ſunt adhibendæ, ære redimi. Sic in *receſſu Saltzthahlenſi citat.* habetur. Zum ſiebenden, ſo viel das Graben Geld angehet, ſoll daſſelbige hinführo eingeſtellet, jedoch, wenn ſo bald und lange der gnädige Landes-Fürſt, an dieſen Capital Veſtung Wolffenbüttel, mit Vorwiſſen der Landſchafft, nothwendig bauen wird, jedes Jaars des Sommers 6. Monat lang, aber

werken, Schäffereyen, Gärten, Mühlen und andern darzu gehörigen Herrſchafftlichen Häuſern und Gebäuden. *Receſſ. Gandersheimenſ. de anno 1601. §. XI.* Quodſi vero operæ in eundem diem, quo burgenſes, ut vocare liceat, indictæ, a domino prædiali exiguntur, burgenſes præferendæ. Cum enim duo contendant imperia, majus eſt præferendum. Poſtquam itaque definitio operarum harum facta, ad alia etiam negotia illas adhibere, præfectis datum. Wie die Burgfeſten-Dienſte beregter maſſen auf gewiſſe Tage reduciret ſeyn, alſo ſtehet unſern Aemtern frey und bevor, dieſelbe jedoch was die Burgfeſten Handdienſte betrifft, bloſſerdings innerhalb Amts, wozu ſie wollen, anzuwenden, und zu gebrauchen. Vectiones autem illas Burgfeſts-Spanndienſte extra præfecturas, cui inhabitant, ruſtici facere non tenentur, niſi quædam materies, ad principalium ædium refectionem, ſit advehenda, & tunc, ſi locus, ex quo illa peti debet, ad unum aut duo milliaria remotus, unus, ſi ad 3. 4. aut 5. milliaria duo dies ſunt remittendi. Hinc colligimus ruſticos, præfecti, extra præfecturam abeuntis, currui, in vim operarum iſtarum, equos jungere, cogi non poſſe.

Digitized by Google

aber nicht meer, als monatlich von einem Meyer 2. Groſch. von einem Halbſpenner 1. Groſche, von einem Köter auch 1. Groſch. und von einem Haußlinge ein Mattier wiederum unweigerlich gegeben, dagegen aber, Vermöge Hochgedachtes Fürſten Hertzogen Julii &c. Chriſtmilter Gedächtnüß ausgeſchriebenen Revers, hinführo niemand, über und wieder ſeinen guten Willen, mit den 4. Bittagen oder Graben gehen, biß von gemeiner Landſchafft daſſelbige ſonderlich eingewilligt wird, nicht beſchweret werden. Vid. *tamen receſſus de anno* 1619. §. 19. Recentiores ſunt in ducatu Guelferbytano conſtitutiones, hoc argumentum concernentes, de anno 1682. 1692. 1696. Ita & in reſolutione citata ſtatutum, ſi operæ burgenſes non eſſent neceſſariæ, eas ex lubitu principis in pecuniam converti poſſe. *a* Was an obberegten hierinnen verglichenen alljährlichen vier Burg-Feſt-Tagen in natura nicht erfodert oder würcklich abgedienet wird, als welches in unſerem Willkühr beruhet, ſoll jeder ſolcher Spanndienſt-Tage von 4. Pferden mit 12. Mgr. und jeder Handdienſt-Tag mit 3. Mgr. an unſere Aemter, welche ſolche Burg-Feſt-Tage zu erfodern, von denen Unterthanen bezahlet, ſelbigen auch diejenige Tage, welche Sie von ſolchen Burg Veſten in einem Jahe etwa in natura nicht abgedienet, im folgenden Jahr nachzuhohlen und zu leiſten nicht angemuthet, ſondern

a In præfectura Regio-Lutherana operæ burgenſes itidem ære redimuntur. Ruſticus, qui olim equis operas præſtabat, & vocatur ein Spannburg-Feſte, quotannis ſe ab hiſce operis duobus thaleris, qui autem manu ſerviebat, thalero liberat. Sic & in aliis præfecturis, ubi præſtationes pecuniariæ locum habent, obtinere conjicio.

dern dafür obgeregtes Geld bloſſerdings angenommen, und uns gehöriger maſſen berechnet werden ꝛc.

§. XVI.

Omnibus prodeſſe agreſtibus, ut par eſt, aquas coercere, ne territorium inundent, a nemine facile in dubium vocabitur; inprimis autem illi, qui arva colunt, hic operas præſtare debent, cum ex undarum, in circumjectos campos, præcipitatione maximum paterentur damnum. Denique pontes & viæ, recte ſe habentes, commerciis, ſine quibus respublica beata eſſe non poteſt, inſerviunt. Itaque & hic ruſticorum operæ merito exiguntur. Dolendum eſt in Germania noſtra tot pontium, viarumque eſſe defectus. Guelphici principes de reparandis viis admodum ſemper fuerunt ſoliciti, [a] ſed res hactenus nondum ex voto ceſſit. vid. *conſt. Auguſt. de anno* 1643. quæ renovata *anno* 1645. Imo *in ordinatione provinciali* §. 24. conſtitutum. Welche Dorffſchafft oder Gemeine, ſo vor dem Landgerichte zu erſcheinen ſchuldig iſt, ihre Wege und Stege nicht bey Zeiten beſſert, die ſoll 20. Gulden Straffe, und demjenigen, welcher durch den böſen ungebeſſerten Weg Schaden leidet, ſeinen Schaden bezahlen. Vid. *receſſum Saltzdalenſ. de anno* 1597. §. 17. *receſſ. Gandesb.*

[a] Ut viæ & pontes recte ſeſe habeant, vectigalia ſunt inſtituta. Sunt qui putant, hæc bona conſcientia exigi non poſſe, ſi viarum cura negligitur. In Hildeſienſi epiſcopatu, & landgrafiatu Haſſo-Caſſellano de corrigendis viis hactenus, non ſine aliquo ſucceſſu, ſolliciti fuerunt. Inter Romanorum merito laudes referendum, quod tantam viarum publicarum habuerint curam. ALEXAND. ab ALEXANDRO *dier. genial. lib. III. pag.* 145. *b. lib. IV. pag.* 186. *b.*

denib. de anno 1601. §. 19. *receſſ. Guelpherbyt. de anno* 1619. §. 21. *Anton. Ulric.* **Weg-Ordn.** *de ann.* 1704. **Fürſtl.** *Oſnab,* **Braunſchweig. Lüneb. Weg-Ordn.** *de anno* 1704. *Conſtit. electoral. Brunſvic. part. III. C.* 4. Exſtat etiam edictum *Chriſtiani IV. Daniæ Regis & Friderici ducis Holſat. de anno* 1623. **Wege und Steige bey** *pœn* 500. **Reichsthaler zu** *repariren* &c. Hiſce jungi poſſunt operæ, quas in plantandis arboribus, in communem reipublicæ utilitatem, ruſtici conferunt. **Rohrs Haushaltungs-Recht** *part. I. lib. 5. c. 2. p.* 773 **Fürſtl. Braunſchw. Landes-Ordnunge** *art.* 36. **Magdeb. Policey-Ordn.** *c. XXVII.*

§. XVII.

Ruſticorum eſſe, excubias agere *a* in principum caſtris, locisque aliis, ubi illas reipubl. neceſſitas requirit, ex nexu, quo reipublicæ devincti ſunt, fluit. Sæpe enim graſſatores, incendiarii, aut manus militares, prædæ inhiantes, aut etiam morbus contagioſus, qui alibi ſævit, aut etiam rei, qui in utilitatem reipublicæ puniendi ſunt, excubias

a In ordinatione provinciali Guelferbytana §. 24. injungitur die Tage und Nachtwache ſoll in allen und jeden Dörffern, ſo lange dieſe gefährliche Kriegesläuffte währen, auf den Kirchthürnen, an den Schlagbäumen, oder andern dienlichen Orthern täglich mit Fleiß beſtellet werden x. Vid. & *conſtit. Saxonic. p.* 2. 51. Cum itaque jus excubiarum ex obſequio, quo ſubditi principi ſunt obnoxii, proficiſcatur, peculiare hic non requiritur pactum, aut conſuetudo, quod putat FRITSCHIVS *de excubiis c.* 6. Ne quidem nobilium caſtris a clientelaribus, gravi aliqua neceſſitate illud requirente, excubiæ denegari poſſunt, licet nullum inde ruſticis emolumentum, nec obinde operæ conſuetæ diminuantur: Ex conſtitutione tamen Saxonica caſeus & panis illis præbetur. p. 2. conſtit. 51. niſi & hic forte loci alicujus conſuetudo exſtet in contrarium.

bias requirunt. EVCHARIVS ERHARD. *concluſ.* 25. 26. *p.* 231. domini ſumtibus & victibus excubias fieri putat; verum huic obſtare videtur, quod ruſtici ad hoc munus, ex obligatione, qua reipublicæ tenentur, ſint obſtricti, ad quod autem quis ex debito tenetur, illud propriis ſumtibus perficere debet; ſæpe tamen ſtatuto, aut moribus aliud eſt introductum. Aliter autem in iis ſe res habet, qui extra territorium in hoſtem ducuntur. Nam illi plane rerum ſuarum habere non poſſunt curam, & principibus a republica ſubſidia indulgentur, ut militem in caſtris alere, eique neceſſariis proſpicere queant.

§. XVIII.

Aliæ agreſtium præſtationes publicæ in nummis aliisque rebus conſumtibilibus conſiſtunt, ſolentque aut ad capita [a] aut ad prædiorum vires exigi. Sæpe etiam ex utroque aliquid trahunt. Atque hæc onera ſunt vel ordinaria, quæ ſtatis temporibus, vel extraordinaria, quæ urgente neceſſitate, aut caſu aliquo eveniente, colliguntur.

[a] Sæpe ad animalium victui inſervientium capita, aut ungulas æs publicum imperatur; Imo & ad humanorum capitum, ut dictum, numerum nonnunquam in Germania tributa ſunt exacta. Hoc tributi genus antiquis Teutonibus intolerandum eſt viſum. Libera enim capita ſervituti mancipari credebant. Neque rationibus reipubl. & æquitati conſultum putant, per capita cenſum agere, quoniam & tunc egeni, quibus vix triſtiſſima vitæ neceſſaria ſuppetunt media, in commune conferre obſtringuntur: Hi vero, cum nulla in republica habeant bona, multo promtiores ſunt, ad res novas moliendas.

§. XIX.

Cenſitas, emphyteutas, atque ſuperficiarios, & ſi qui ſunt alii hujus aut ſimilis generis, immunitatis privilegio non gaudentes, cum omnia ex prædiis colligant emolumenta, canone ſaltem aliquo ſoluto, tributis ſubeſſe, nullum habet dubium VALASCUS *de jure emphyteutico quæſt.* 4. *n.* 5. CANCER *variar. reſolut. c.* 14. *n.* 51. LAUTERB. *compend. Dig. p.* 599. In Præfectura Jerxheimenſi D. B. nonnulli ruſtici hæreditarias exercent terras, ex quibus domino prædiali levem admodum quotannis præſtant canonem; tributa autem in duplo fere exſolvunt. Solvere quoque ea plerumque tenentur cotſaſſi, villici ſive meieri. *Dn.* STRUBE *de jure villicorum c.*6. *p.* 127. Sæpe inter dominos prædiales & colonos dividuntur. *In receſſu Guelferbytano de an.* 1620. hæc ſunt verba: Daß von jeden morgen Landes, jedoch daß unſer Ritterſchafft Länderey, ſo ſie ſelbſt unter dem Pfluge, davon exemt und frey ſey, 6. Silbergroſchen deren 2. von Gutsherrn und 4. von colono entrichtet, dabey aber in acht genommen werden, daß an den Orthen, da der Colonus an der Meierſtat oder Gebäuden, als benamentlich im Lande Göttingen, nichts zu prætendiren hat, der Gutsherr es allein abzutragen ſchuldig, oder der colonus nach Gelegenheit und Güte des Ackers mit mit einen geringern zu belegen. Landſideliæ cultores, & lati in epiſcopatu Hildeſienſi præſtant quoque onera: Daß wer Laet Güter, Erbmeyer oder Pfandsweiſe cultiviren thut, davon pro rata den Dienſt, Schatzunge, Laten-Zins, Seel Korn,

Digitized by Google

Korn, Thomas Habern oder Heu und andere Unpflichten leiſten müſſe. *protocoll. jud. Lat. præfect.* WINZENB. *p* 5 *&* 17. Idem de curmedis, hægermannis, meierdingis, voigtdingis & ſchillingica bona habentibus dicendum eſſe, arbitror. De inquilinis, qui Häußlinge dicuntur; *in ordin. politica ducatus Cellenſ. c.* 50. *habetur*, die Steuren, ſo jederzeit bewilliget werden mögten, Herrendienſt und Schutzgeld unweigerlich zu entrichten und zu leiſten; *In edicto Auguſti de anno* 1636. *ſequentia leguntur:* daß ein jeder, nach ſeinen Vermögen, Gewerben und Handthierung, die Steuren, Schos, contributiones, An- und Zulagen, ſo jedesmahl bewilliget und anbefohlen werden, gleich den eingeſeſſenen Bürgern, Meiern, Höfnern und Kötern abſtatte, und entrichte *vid. &* GEORG. WILHELM. allgemeines Ausſchreiben *de anno* 1698. Simplices conductores, tributa fundis impoſita ſolvere, non oportet *a* MEVIUS *in tractatu de penſionariis quæſt. IV. p.* 80. Eſſet

a Pacto aut lege provinciali interdum fieri poteſt, ut onera publica, aut in totum, aut pro parte in nudos etiam colonos & conductores redundent. Vide quæ de Pomerania tradit MEVIUS *de penſionariis quæſt. IV. pag.* 77. Sic in receſſu provinciali Nordenſi, Friſiæ orientalis de anno 1620. circa finem habetur. Schließlich iſt auch biebey per expreſſum conſtituiret, daß in dieſen Fall kein Unterſcheid zwiſchen Eigenern und Erbpachtern gehalten, beſondern ein jeglicher die Hand an den Pflug ſchlagen, und ſeine Haar dazu thun, mit ſchlechten Heurlingen aber alſo verfahren werden ſolle, daß die, ſo kein Heurgedinge mit ihren Grundherren und Proprietariis auffrichten und machen laſſen, die halbe Landſchatzunge, die andere Helffte aber, der Eigenthümer ins künfftige ausrichten und beſchwren ſolle und wolle, oder da ein Heurmann ſich per privatos contractus verſichern laſſen, alſo daß er exemt liber und frey hier erachtet werden müſſe, und aber einige andere Güter hätten, daß derſelbe davon ein gewiſſes zu Dämpfunge der gemeinen Laſt und Beſchwerniſſen dieſes Landes zu con-

Eſſet enim contra æquitatem, ſi penſionem, fructibus reſpondentem, præſtantes, onera adhuc ferre deberent. Impingunt itaque VALASCVS *c.* 17. *n.* 27. & IACOBVS CONCINNATIVS, qui hoc, teſte SANDIO *deciſ. Friſic. lib.* 3. *tit.* 6. *p.* 320. ſtatuunt. Quid in colono partiario obtineat, vide *apud* LAVTERBACH *in diſſertat. de colono partiario* §. *XVIII.*

§. XX.

Ab eo, qui ærarii provincialis curam habet, tributum, quod vocant **Landſchatz**, ex focis, agris, pecoribus, opificiis, ſingulis annis duabus vicibus, nempe in ſeptimana qua Michaelis feſtum celebratur, prima, & in Martini die altera vice pendendum, exigitur. In ducatu Brunſvicenſi agricola **ein Voll Meier** 27. groſſis, ſemi-agricola **ein Halbſpänner** 18. & coſſatus, qui nullos alit equos, 9. groſſis, inquilini, **Häußlinge ſo einen andern beym Feur ſitzen**, octava, alii vero, **welche zu ihren eigenen Beruff arbeiten**, quarta thaleri parte ſe ab hoc onere liberant. In ordinatione theſauraria D. B. de anno 1719. legitur: **Brinckſitzer von ihrem Hauſe 6. mgl.** Quid Friderici Vlrici tempore in ducatu Calenbergico & Grubenhagenſi circa onus hoc, quod **Landſchatz** dicitur

contribuiren, und darzureichen, ſchuldig und gehalten ſeyn ſolle, und wolle. Confer, quæ in controverſia cum Biltunis ruſticis acta, apud SANDIVM *in deciſionibus Friſicis lib.* 3. *tit.* 6. *definit.* 10. Quanquam itaque regulariter conductores ſimplices a tributis ſint immunes, ſequitur tamen fiſcus in tributorum & collectarum exactione poſſeſſionem, LAVTERBACH. *in compend. pand. pag.* 387. & ſolutio facta a conductoribus in mercedem imputatur MEVIVS *P.* 6. *dec.* 74. *n.* 5.

dicitur, obtinuerit in conſtit. de anno 1618. reperitur. Apparet tunc temporis agricolam, Ackermann, Vollmeier, item eum qui ædificium, quod Leib-Zuchthauß dicitur, habuit thalerum, & ſemi agricolam ein Halb-Spänner, item coſſatum majorem, ſo eigen Spann-Werck haben 27. groſſos pendere debuiſſe. Ad Guelferbytanum ducatum Friderici Ulrici ordinatio theſauraria de anno 1618. 1619 ſpectat. Cum iis, quæ in memorati ducis conſtit. de anno 1618 de hoc reditu provinciali habentur, maximam partem, quæ a Chiſtiano Ludovico conſtituta ſunt, coincidunt. Vid. *conſtit. elect. Brunſvic. part. IV. c. 7. ſect. 3.* ubi aliæ quoque, ad hanc materiam pertinentes conſtitutiones leguntur. Hodie in ducatu Brunſvic. ordinatio theſauraria, quæ Auguſto Wilhelmo res moderante 1719. promulgata eſt, viget. *a* Porro pro equo tres, pro vacca 2. pro porco dimidium anno excedente 1. & pro capra, ubi tolerantur, groſſus & dimidius ſolvuntur. In ducatu

a Ab hac collecta ſive tributo regulariter nulli ſunt excepti. Vid. *Friderici Ulrici* Schatz-*Patent de ann. 1618. in conſtit. elect. Brunſv. l. c. pag. 186.* In ordinatione theſauraria noviſſima ducatus Brunſvic. conſtituitur, huic oneri ſubeſſe debere omnes landſaſſios, prælatos, monaſteria, nobiles, oppida, Flecken, pagos, ut & illos, qui monaſteriorum inhabitant ædificia, cujuscunque demum ſint conditionis, nec non molitores, caupones, & opiliones. Porro ibidem decretum, onera, quæ fundis majoraticis & cotſaſſicis, Meier- und Kothöff, inhærent, ad nobiles, illos repetentes, einziehen tranſire. Repetitio tamen hæc, per edictum 1707. niſi urgens adſit neceſſitas, prohibita eſt. Qui in pagis negotiationes & opificia exercent, etiam hoc præſtare coguntur tributum. *Conſtit. Friderici Ulrici de ann. 1618. & Chriſtiani Ludovici de ann. 1645. corp. conſtit. elect. Brunſv. p. 182. 189. part. IV. c. 7. ſect. 3.* Schatz-Ordn. *de ann.* 1719. In hac lege diſpoſitum, eos, qui ex opificiis ſuis, & negotiationibus opimiori gaudent lucro, ſemiuncialem

ducatu Bremenſi olim præſtabantur von einem Fach in groſen Wohnhauſe 8 ß. in einem Koth hauſe aber 4. ſch. von einem Spicker 12. ß. von einem Scheunen Fach 4. ſch. von einer Berg ruthen. 4. ſch. von einem Pferde 10. ſch. von einem jungen Pferde 8. ſch. von einem Ochſen 8. ß. von einer Kuh 6. ß. von einem jungen Rinde 3. ß. von einem Schwein 1. ß. von einem Morgen Landes 2. Dlr. 1. ß. von 100. Dlr. Weddeſchatz oder Reude Geld 1. Dlr. KLOCK *t.* 3. *conſil.* 28. *p.* 454. Tributum Hubarum tantum ab emphyteuticis & feudalibus agris, & quidem ex ſingulis manſis triginta mariani circa feſtum Michaelis penduntur. Conſtit. Friderici Ulrici c. 7. Coloni autem ſimplices ab hoc onere ſunt immunes:

 Aſt

cialem, reliquos uncialis trientem præſtare; obligatos eſſe. Non tamen omnis generis in pagis tolerantur opifices, ne inde urbibus damnum inferatur: Sed tantum fabri, mercatores, (Krámer) ſartores, ſutores, vitriarii, ſcriniarii, rotarii, olei & halecum, aliorumque hujus generis rerum venditores (Höcken) textores, lanarum & pellium emtores. *Receſſ. provinc. Saltzdahlumenſis de ann.* 1659. *Gandersh. de ann.* 1682. Schatz-Ordnunge *de ann.* 1719. *Ordinat. polit. Magd. c.* 27. Recentioribus Pruſſiæ regis conſtitut. ſanctum, ut omnes ex pagis exulent opifices. Vid. Dom. de LVDEWIG *diſſert. de opifice ex pago exule.* Videntur tamen miſeri agreſtes, aliquibus carere non poſſe opificibus, ut ſunt fabri, rotarii, ſartores, ruſticorum indumentis conficiendis tantum apti, & cerdones. Quod reliquum variæ in terris Brunſvicenſibus de colligendis nummis, qui tributum ante dictum implent, exſtant conſtitutiones, quarum aliquæ de mediis, adverſus moroſos adhibendis, agunt. Tales ſunt *edictum regium de anno* 1724. *in conſtit. elect. Brunſv. l. c. p.* 216. *conſtit. Auguſti de anno* 1628. 1644. 1646. 1651. *Rudolphi Auguſti de anno* 1667. 1680. 1681. 1682. *Rudolphi Auguſti & Antonii Ulrici de anno* 1688. 1696. *Auguſti Wilhelmi de ann.* 1709. 1712. 1719. Additur in ordinatione theſauraria de anno 1719. *Qui aliorum ſunt inquilini, quatuor groſſos & quatuor nummos* ſolvant, & perſonæ matrimonii expertes, qui aliis inſervire poſſent, ſua autem manu ſibi parant victum, ſex præſtent groſſos.

Digitized by Google

Aſt per conſtitutionem Rudolphi Auguſti & Antonii Ulrici de an. 1703. tributum manſis impoſitum, wegen der dabey angemerckten Fehlſachen in der proportion, abrogatum, & eo nomine collecta, quæ Landſchatz vocatur, duplicata. *b* In ducatu Mecklenburgico agricola de huba 16., coſſatus de ſemi huba 8., & inquilinus Einlieger, qui aliquot colit agros, quatuor Schillingos præbere, devincti ſunt. *Projectum juris feudalis Mecklenburgici pag.* 199. GERDESII *diſſertat. de collectis Imperii & provincialibus* §. 32. Hic pertinent annonariæ præſtationes, *c* quæ circa feſtum Martini in ſiligine & avena, loco, recipiendæ annonæ deſtinato, inferri debent; ſed ex clementia moderatorum terrarum Guelficarum, in annonæ difficultate, modica pecunia redimuntur. Quatuordecim diebus a feſto Philippi Jacobi elapſis, ab ærarii provincialis præfecto (Schatz Einnehmer) tributum ex ovibus colligitur. Gnädigſte ſpecial renovation aller Schatz-Ordnungen de anno 1682. Et ſolet agricola pro triginta ovibus, ſemiagricola pro octodecim, & cotſaſſus pro decem unum groſſum *d* pro reliquis

b Vid. Schatz-Ordnunge. A duplo autem exemti ſunt, illi qui, ob agrorum ſuorum ſterilitatem hubarum oneri non fuerint ſubjecti; ab eis enim non niſi ſimplum præſtari debet. Vid. *conſtit. cit. de anno 1703.* Porro ab Antonio Ulrico 1709. conſtitutum, dimidium oneris provincialis (Land-Schatz) loco collectæ ex Hubis, quas dicunt, pendendi, remitti debere.

c De his præſtationibus in terris ducalibus Brunſv. non unæ in lucem prodiere conſtitutiones, utpote Auguſti de anno 1639. 1643. 1646. 1660. Antonii Ulrici de anno 1690., de anno 1700. qua jubetur, annonariam præſtationem non in pecunia, ſed in granis exhibere, eorundem edictum de eodem anno, quod ſtramen & fœnum promptuario (Magazin) ſit inſerendum, conſtit. de ann. 1701. 1702. 1703. Addere hic liceat exactiones, quæ dicuntur Veſtungs-Bau-Gelder. Vid. *conſtit. de ann. 1653. 1654. 1727.*

d Ex Friderici Ulrici conſtit. de ann. 1618.

liquis autem omnes duos groſſos in tributum ſolvere. Rationem, quod agricolæ ratione numeri minus, quam ſemiagricolæ & cotſaſſi ſolvant, in eo conſiſtere puto, quod hi majori agrorum numero gaudeant, & ſic maius jus ad majorem alendi ovium numerum, quam ſemi-agricolæ & cotſaſſi habeant. Qui vero ſunt opilionum numero, pro unaquaque, cujuscunque etiam ſit ætatis, duos groſſos & inquilinus, **ein ander Unterthan** unum groſſum ſolvere tenentur. Pene omni menſe præſtationes culinariæ **Küchen** termine, quæ in vitulis, vervecibus, agnis, gallinis, ovis conſiſtunt, principali culinæ ſunt exhibendæ. Imo ex nonnullis vicis anſeres quoque, circa diem Galli, præſtantur. In Germania antequam præ-

1618. quæ eſt in *corp. conſtit. elect. Brunſv. part. IV. c. 7. p. 184.*, cum qua coincidit Chriſtiani Ludovici programma theſaurarium **Schatz-***Patent de anno 1646. ibidem p. 191. & ejusdem Friderici conſtit. de ann.* 1619. ſingularum ovium capita duobus groſſis, qui a Maria nomen habent, & ſingulorum agnorum capita uno groſſo redimi debebant. Ex hac conſtit. equites, illique Landſaſſii, qui horum gaudebant juribus, monaſteria, & civitas ejusque incolæ ex quovis ovilis generis capite, non niſi groſſum argenteum pendebant. In ordinatione theſauraria de anno 1719. hi plane a tali onere immunes ſunt, niſi ſunt opilionum magiſtri, qui itidem pro ovis capite duos, & pro agni capite unum ſolvere coguntur groſſum. Quæ in ducalibus præfecturis, monaſteriis, & prædiis ad principem ſpectantibus aluntur oves, ab hoc onere pro $\frac{1}{4}$ ſunt liberæ. Nihil ex ovibus pendunt parochi & æditui. **Gandersh. L. A.** *de ann. 1597. §. 25.* ita tamen, ut parochus non niſi triginta, & æditus quindecim habeat ovium capita. Si quid hunc numerum excedit, oneri eſt obnoxium. Cumque variæ, in indicando ovium numero, commiſſæ ſint fraudes, & quamplurimæ in præſtando hoc reditu nexæ moræ, ut uterque hic defectus tolli poſſet, præter ordinat. theſaurarias, conſtitutiones promulgatæ ſunt, ut EIMBECK. **L. A.** *de ann. 1614.* **Hannov. L. A.** *de ann. 1646. conſtit. Georgii I. M. B. R. & E. B. de ann. 1721. in qua ordinatio de anno 1657. eſt renovata, edictum regii regiminis Hannov. de ann. 1725. in conſtit. elect. Brunſv. part. IV. C. 7. Rudolphi Auguſti & Antonii Ulrici conſtitut. de anno 1691. 1699. Auguſti Wilhelmi de ann. 1705.*

Digitized by Google

fecturarum œconomia omnimode inſtructa fuit, principibus in diætis provincialibus ad aliquos annos hæc indulta ſubſidia charitativa Taffel-Gelder, Küchen termine, quæ poſtea autem perpetua facta. *Adde Receſſ. Saltzthalenſem* §. *X. Guelferbit.* §. 26. Onus, quod dem verdingten Zehnten impoſitum, dicitur Zehnt-Schatz, & complectitur, 4. bonos nummos, ex uno quoque jugero, decimæ ſubjecto, ſolvendos. *e* Tributum, quod dicitur der Scheffel-Schatz, ex reditibus fructuariis & pecuniariis, quos forenſes ex terris Brunſvicenſibus percipiunt, colligitur. Præſtantur autem ex ſingulis modiis (Scheffel) Brunſvicenſis menſuræ, 10. groſſi & ex reditibus pecuniariis quartus nummus. *f* Porro huc refertur pecunia, quæ loco juris mortuarii, ab Henrico anno 1433. reſtricti,

e Hoc tributum penditur ex omnibus agris, tertia eorum parte, loco der Braack, omiſſa. Schatz-Ordn. *de ann. 1719.* Ab hoc onere liberi ſunt ad præfecturarum, fundationum & monaſteriorum, hoſpitalium, & domiciliorum pauperum, item parochiarum agros ab antiquo ſpectantia vectigalia, atque hæc immunitas cum agris ad acquirentes tranſit. Non tamen ab hac præſtatione liberi ſunt agri decimis non obnoxii. Vid. Schatz-Ordn. *de ann. 1719.*

f Ex eo vero, quod ager, quam Brack vocant, fert, nihil, niſi retorſionis jure aliud obtineat, præſtatur. Si fructuaria emolumenta ex conventione in pecuniam transmutantur, nihil inde augmenti tributi huſus, a proprietario ſolvendi, oritur. Vid. Schatz-Ordn. *de ann. 1719. In Friderici Ulrici* Schatz-*Patent de ann.* 1618. huic oneri, præter forenſes, prælati, & nobilium qualitatem referentes Rittermäßige ſubjiciuntur. Ex ſingulis autem frumenti cenſualis, aut vectigalis vecturis, tres thaleri & dimidius erant præſtandi, & ex reditibus pecuniariis decimus nummus. In Chriſtiani Ludovici ordinat. theſ. duo thaleri & dimidius ob annonæ vilitatem poſiti ſunt. Vid. *receſſ. provincial. Hannov. de ann. 1646. in conſtit. elect. Brunſv. corp. part. IV. c. 8. p. 95. & Eimb. de an. 1614. ibidem p. 63.* Ab has præſtatione reditus fructuarii eccleſiar. & capellar., quas vocant, non ſunt excepti. *Conſtit. Georgii R. de an. 1723.*

cti, SCHOTTELIVS *p.* 49. principi ſolvitur, cum naturam tributi induerit, ut & uncialis, quem inquilini die Häußlinge pro tutela præſtant. In reſolut. Frid. de anno 1648. dicitur dieſelbe (Schutzgelder) aber niemand anders als den Landes-Fürſten gebühren, und zu ſeiner Fürſtl. Gnaden Taffel und Kamergefällen gehören. Interim tamen dominis prædialibus ex conſuetudine, aut beneficio ſæpe, vel pacto jus exigendi ab inquilinis tutelarem illam pecuniam, competit. *Georg. Wilhelm.* allgemeines Ausſchreiben wegen der Häußlinge *de an.* 1685. §. 2. Ab hoc onere ſunt immunes, qui militiæ provinciali nomen dedere. *Georgii Wilh.* allgemeines Ausſchreiben *de an.* 1686. Tandem publicis oneribus accenſendum puto, quod ruſtici in nonnullis vicis ſculteto, noviter conſtituto, equum comparare cogantur, eique præbere avenam, quæ Vogts-Haber dicitur. Sunt nonnulli in præfecturis Guelficis, aliisque Germaniæ territoriis ruſtici a conſuetis oneribus liberi, & dicuntur Freyſaſſen. Sic & in vicina præfectura Jerxheimenſi, prædium aliquod eſſe ruſticum, inaudivi, ab oneribus vacuum, cujus dominum, in cancellaria non præfectura conveniendum, ſchrifftſaſſium, g dicunt. Puto tamen, huc ſpectare, quæ in conſtitutione Friderici

g Schriftſaſſii dicuntur, qui principi immediate ſubſunt, forumque primæ inſtantiæ in cancellaria, aut judicio concurrente habent: Ambtſaſſii vero, qui præfectis ſubſunt, & coram iis in prima inſtantia ſe ſiſtere debent. Vid. SCHILT. *diſſert. de landſaſſ.* quæ exercitat. ad pandectas eſt inſerta, HERT. *de ſuperioritate terr.* §. 4. BAIER. *in ſpecimine juris German. lib. I. c.* 7. LEYSER. *in diſſert. de landſaſſiis, ſchriftſaſſiis & ambtſaſſiis.* Cum ſæpe quæſtio occurrat, an prædium ſit ſchriftſaſſicum, an ambtſaſſicum, in dubio, ſi ab ignobili poſſidetur, potius pro ambtſaſſico, quam ſchriftſaſſico haberi debere, dicendum videtur.

derici Ulrici de anno 1616. reperiuntur. Obgleich auch etliche, als Burchard. Napp. zu Tide, Heinrich Kappen ſeeligen Erben zu Jerxheim, und andere wegen ihrer Höffe geraume Jahre ſich von Land und andern Schatzungen ausgezogen, ſollen ſie doch dieſe Anlagen zu geben ſchuldig ſeyn, und gegen dieſe gemeine Ordnung keine Gnaden oder andere Verſchreibungen, ſo in vielen oder neulichen Jahren erlanget, gelten. Vid. *& c. 14. ejusdem conſtit.* Cæterum nobilem, aut alium quemque, prædium ruſticum coementem, ad onera obſtrictum eſſe, veritati conveniens. Tranſit enim res cum onere ſuo, & male admodum conſuleretur rationibus principis, ſi nobiles, fundos ruſticos comparantes, illos oneribus liberarent, aut ut principis commodis caveretur, reliquis, ut acreſcerent onera, oporteret. Vid. ERHARD. *de oper. ruſticor. concl.* 21. GEORG ENGELBR. *l. c.* §. 34. In conſtitutione Friderici Ulrici de anno 1619. §. 10. ſequentia habentur: Gleich als viele von unſer Ritterſchafft, und andere, gantze und halb. Meier auch Kothhöffe, davon hiebeführo Landſchatz und andere Schatzungen gegeben, an ſich gebracht, und unter die gemeinen Dorffſchafften zu contribuiren ſich verweigert, auch theils Meiere abgetrieben, und die Güter zu ihren Sitzen genommen, theils auch Gnaden Verſchreibungen von uns erlanget, ſo ſoll zwar denſelben, welche in gewiſſe Rolle geſetzet werden, ſolche Abſonderunge von den Dorffſchafften, dißfals zugelaſſen, dieſelbe aber ſo woll dieſe Meier Güter bey ihre Sitze genommen, oder nehmen werden ſchuldig ſeyn, an Statt der beyden Landſchatzungen, ſo woll Hueffen als Schaff Schatz von jeder Hueffen, die

ſie

ſie zu ſolchen Höffen gebrauchen, zwey thl. zu den erſten Landſchatz zu erlegen. Puto tamen, hanc rem limitationem pati, ſi nobilis, qui nobili caret prædio, ruſticum inhabitare velit. Hoc habetur: *in privilegio Erici Senioris de anno* 1526. Welck riddermätig mann up ſien arve und guth töge, ſchall und mag ſin erve und Land up den Hove, darup he wohnet, vor ridder guth gebrucken. Idem ab Eliſabetha junioris Erici matre, cum ejus tutoribus Johanne electore Brandenburgico & Philippo landgrafio Haſſiæ anno 1542. ſtatutum: Wann auch ein Rittermäßig Mann auf ſeinen eigenen Gütern daſſelbe zu verſorgen wohnete, oder darauff zu ziehen bedacht, daß ſoll er, ſo ferne er keinen Sitz oder Sattelhoff hätte, wie ander ſein Ritterguth frey haben, und gebrauchen.

§. XXI.

Olim in terris Germaniæ omnia tributa erant extraordinaria, & principibus ad breve tempus *a* modica admodum, ſi neceſſitas aut belli, aut æris alieni ſolvendi premebat, ab Ordinibus provincialibus concedebantur. Hi enim, ut ſupra dictum, in dirigendo temone collaborabant. Vid. *conſtitut. duc. Pomeraniæ. Erici de anno* 1459. 1460. item *Burnimi Senioris, nec non Johannis Friderici, Bogislai Erneſti,*

a Longe alia hodiernorum temporum eſt ratio. Olim principum aulæ non ita ſplendidæ erant, ut hodiernum ſeculum eas requirit. Tot non erant impendendi ſumtus, in munienda loca, & alendum perpetuum militem, ac hodie requiruntur. Sunt multæ adhuc aliæ hodie impenſæ, quas priſtinum ævum ignorabat.

neſti, Ludovici Barnimi Julini 1569. Plura habet SIBRAND *in jure publico Lubecenſi ſect.* 7. §. 43. *ſeqq.* Merentur hic adſcribi, quæ habentur *in Anwyſinge der heilſamen politicke gronden en maximen van de republicke van Holl- en Weſtfriesland c. XXI.* want, t'gunt de Graaven van Holland boven haare domainen, ſelfs in orlogs tyden, van Nooden meeden te hebben, moſten ſy in eigener perſone en volgens de privilegien koomen bidden, op de vergadderingen von Staaten, die hun ſomtiids affsloegen, immers altyds ſeer ſorgfuldig en ſtandvaſtelick hebben geweigerd, eenige ewig duurende geld - middeln in te willigen, als wetende, dat haare Vryheit, die ſy aldus onder eenen Geld-ende Wapenloſen Grave eenig ſins konden handhaven, alsdan genſchelik niet ſonde konden beſtaan. Varii ſunt ducatus Luneburgici *receſſus, quos Dn.* STRUBE *p.* 127. recenſet, ex quibus conſtat, ob tributa, bellum, & æs alienum, quod principes contraxerant, Statuum conſenſu, comitia eſſe indicta. In diætis enim provincialibus potiſſimum conſultabatur, quid œconomiæ univerſali, zu Beybehaltung der Landes Verfaſſunge, conduceret. In receſſu provinciali Marchico Joachimo elect., ad delendum æs alienum, in octo annos tributum conceſſum, ita ut ab unaquaque agri menſura, quam hubam vocant, per ſeptennium octo groſſi marchici, ultimo autem anno quinque tantum penderentur, ſed iſtud tributum deinde abrogatum, atque ab electore, quod deinde Albertus, Joachimus junior & Johannes fratres confirmarunt, promiſſum: Daß ſie hinfürder um einigerley Steuren oder Landbethen nicht ſolten angelanget werden, als nur (1) ſo unſere Erben und

Digitized by Google

und Nachkomen, daß Gott wende, eine treffliche Niederlage nehmen (2) in einen Landkrieg kommen, (3) ob unſere Söhne und ihre Erben und Nachkommen Töchter, ſo die Erben und Nachkommen gewünnen, berathen würden. *In receſſu provinciali Meclenburgico de anno* 1621. dicitur: Nachdem unſere getreue liebe Unterthanen aller Stände, ſich aus unterthänigſter Zuneigunge, Treue und Liebe, ſo ſie gegen uns, als ihren Erbherrn und Landes-Fürſten tragen, ſich freywillig ohne alle Pflicht und Schuld dahin bewegen laſſen, daß ſie, zu Abhelffunge unſer obliegenden Schulden, unterthänig bewilliget, zugeſaget, und verſprochen ꝛc. Hodie tributis extraordinariis annumerantur, quæ ruſtici, ad propellendum Turcam, conferre debent, ut & ſi alia belli inopinati, aut calamitatis improviſæ, ſubſidia ſubminiſtrari debent, & tunc exactio aliquando ſecundum capita humana, aut pecorum fieri ſolet.

§. XXII.

Putant aliqui, ſi ſumtus, in iter aliquod principis, aut legati ejus, ad reipublicæ ſalutem tendens, faciendi, ſubditos extra ordinem collectari poſſe. Alii autem contendunt, in ejusmodi negotia ordinaria etiam porrigi ſubſidia. Scio in comitiis Imperii varie ventilatam, ſed nondum, ſi recte memini, plane deciſam quæſtionem, an ſubditi ob ſumtus in legationes ad comitia tam univerſalia, quam particularia collectari queant. Occaſionem quæſtioni anno 1664. in comitiis dedit legatus Mecklenburgo-Suerinenſis, atque d. 14/24 ejusdem

dem anni concluſo inſertum; a ſubditis haſce impenſas exigi poſſe. Anno 1667. denuo hæc materia in deliberationem vocata, & legatus Magdeburgicus una cum Celleuſi certam addi voluit clauſulam, quæ tamen omiſſa. Anno 1669. placitum aliquod comitiale, Reichs-Gutachten, comparuit. Was maſſen bey gegenwärtiger Reichs-Verſammlunge dafür gehalten worden, daß ein jeder Stand von ſeinen Unterthanen, zur Reichs-Deputation und Krays-Conventen die nöthige Legations-Koſten erheben möge. Anno 1620. cauſa demum agitari cœpit. Principibus potiſſimum favet, quod eis in *receſſu Imperii noviſſimo* §. 14. ad ſumtus camerales perferendos, ſubditos collectandi, facultas data. Soll den Ständen bevorſtehen ihre Landſtände, Bürger und Unterthanen zur Beyhülffe zu ziehen: Subditis autem *receſſ. Imperii de anno* 1512. §. 26. in quo §. 26. ſequentia continentur. Nachdem Chur-Fürſten und Fürſten, geiſtlich und weltlich, auch Graffen und Herren des Reichs, die Reichs-Täge, die wie vor und nach gemeldt, jederzeit in eigner Perſon oder durch ihre vollmächtige Bottſchafft, auf ihre Koſten beſuchen, auch den Anſchlag in ihren Fürſtenthum und Gebieten einbringen, und allerley Koſten, aus ihren Cammerguth, darauff wenden, und nicht auf die Unterthanen ſchlagen. Vid. FRITSCH. *in electis juris publicis.* c. I. In territorio Brunſvicenſi, ob ſumtus legationum, ſubditis tributum imponi poteſt, cum reſtrictione tamen quadam, quæ in receſſibus de anno 1637. 1639. § 3. habetur. Ejusdem quoque tenoris ſunt collectæ, ad elocandas Principum filias deſtinatæ, quæ in vernacula Fräulein, aut etiam Fräuchen-Steur dicuntur.

Origi-

Originem hujus tributi non a Romanorum patriciis arceſſendam puto, ſed potius ex eo, quod principum liberi reipublicæ ſint nati, & ſic reſpublica etiam de dote ex principe natarum debeat eſſe ſolicita; præſertim cum amicitiæ, cum aliis principibus contrahendæ, firmiſſimum ſoleant eſſe vinculum; unde ſaluti reipublicæ non leve exoritur incrementum. Cum itaque hujusmodi collectæ æquitati innitantur, in quantum non in nimium deflectunt, aut principis ærarium nummis abundet, ſubditi autem ſint egeni, parum curæ nobis eſt, an aliqua litera legis civilis, vel feudalis actum legatur, nec ne. Non enim caret dubio, leges civiles inter principes Germaniæ, & eorum ſubditos normam eſſe. Porro in illis rebus, ubi jus civile nihil determinavit, ad jus gentium eſt confugiendum. Denique hoc jus potiſſimum nihil ambigui habet, in illis terris, ubi longa & immemoriali ſæpe conſuetudine receptum. In territoriis Guelficis nobiles æque ac ruſtici huic oneri, quod in ducis regentis gnata 20000. millia, in illa vero, quæ ex appanagiato nata eſt, regulariter 10000. florenorum complecti ſolet, ſubſunt. *In conſtitut. Friderici Ulrici de anno* 1619. poſtquam monitum, nobiles ex agris villicorum, quos ipſi colendos ſumſere, duos thaleros ſolvere debere, additur. Daß hierunter die Fräuleins- Reichs- und Krays-Steuren nicht begriffen ſeyn ſollen, ſondern da die angeleget, ſonderlich darzu contribuiren müſſen. [a] *In receſſu*

[a] Extant conſtit. ad ducatum Brunſv. attinentes Henrici Julii Ausſchreiben der Fräulein-Steur für deſſen Tochter Eliſabeth d. 19. Febr. 1613. Auguſti Ausſchreiben wegen einer Fräulein-Steur d. 26. Junii 1650. Ejusdem edict.

ceſſu provinciali ducatus Magdeburgici de anno 1621. de maritagii onere hoc modo diſponitur. Wenn in künfftigen Zeiten ein Fürſtl. Fräulein ausgegeben und ausgeſteuret würde, daß ſie auch nicht anders, dann auff vorhergehende freye und gutwillige Beliebung, und ſonſten nichts zu leiſten ſoll ſchuldig ſeyn. Exortæ deinde de quantitate ſunt lites, unde in gravaminibus an. 1691. exhibitis habetur: Daß wegen der Fräulein-Steur ein mehres, als die einfache Landbete träget, prætendiret wird, non obſtante, daß es wieder das Herkommen, und wieder die reverſales anläufft. Implebat autem eine einfache Landbete 6611. thaleros. *Project. juris feudal. Mecklenb. p.* 199. Et licet hoc jus hodie in Marchia Brandenb. & terr. Brunſv. in conſuetudinem abierit, æquitati innitentem, non autem in hiſce, niſi applaudentibus Ordinibus, hoc jus exercetur, præſertim ſi auctius debet conſtitui maritagium. FRITSCH. *de dotatione filiæ principis & collecta maritagii* peculiarem conſcripſit tractatum, qui inter opuſcula ejus XXIX. eſt, ſed maximam partem vulgaria, nec ubique ſatis recte ſe habentia complectitur.

§. XXIII.

edict. d. 18. Martii 1656. Antonii Ulrici Ausſchreiben der Fräulein-Steur zu 40000. Gulden pro maritanda tunc regina Hiſpaniæ Chriſtina Eliſabetha Ludovici Rudolphi filia primogenita d. 4. Junii 1708. Ejusdem Ausſchreiben wegen einer Fräulein-Steur pro maritanda altera Ludovici Rudolphi filia, quæ Ruſſorum Czaris filio nubebat d. 2. Novembr. 1711. Ludovici Rudolphi Ausſchreiben der Fräulein-Steur zu 25000. Rthlr. pro maritanda Eliſabetha Chriſtina ejus nepte, quæ Pruſſiæ tunc principi, in ſpem regni nato, matrimonio juncta eſt d. 28. Jan. 1734.

Digitized by Google

§. XXIII.

Ad præſtationes ruſticorum publicas extraordinarias, quas non omnes, ſed nonnulli, caſu aliquo eveniente pendunt, refertur quoque jus detractus. Iuri detractus æquitatem obſtare nonnulli putant, quoniam pro defenſione, qua diſcedentes fruiti ſunt, tributa exſolverunt; ex quo vero non amplius defenſione utuntur, atque membra reipublicæ eſſe deſinunt, nullum etiam amplius reipubl. aut ejus capiti in perſonas & bona eorum jus eſſe, migrandi autem jus ſubditis competere GROTIVS *de J. N. & G. lib. II. c. V. §. XXIV.* PVFFENDORF *de I. N. & G. lib.* 8. *c.* 11. §. 2. *ſeqq.* docent. Interim in imperio legibus moribusque receptum eſt. *Receſſus Auguſtan. de anno* 1555. 524. *Inſt. p.* 5. §. 38. ſæpeque innititur retorſionis jure, aut potius legi naturæ, quod quisque juris in alium ſtatuerit, ut ipſe eodem jure utatur SCHEPLIZ *ad conſuetudines Marchicas p.* 160. MOLLER *ad conſtit. Saxon p.* 2. *c.* 38. *p.* 520. Vid. *de ducat. Wurt.* LAVTERBACH. *ad municip. & de incol. & de Bavaria* BESOLD. *in voc.* Abzug Bona ſubditorum pro imperantium factis ex quaſi fidejuſſione ſunt obligata. GROTIVS *de J. B. & P. lib. III. c.* 2. Variæ de hoc jure extant principum Brunſvicenſium conſtitutiones, ut *Henrici junioris de an.* 1563. *Erici junioris de an.* 1574. 1. *Jul. de anno* 1589. *Henrici Julii de anno* 1590. *Receſſus Saltzdalenſis de anno* 1597. *Frid. Vlrici, de anno* 1623. *Auguſti de an.* 1651. Poſterioribus his duabus conſtitutionibus deſcendentes ab hac liberati ſunt farcina. Solent autem detractioni huic omnia ſubeſſe migrantium, aut hereditatem, aliaque emolumenta in alienam provinciam

vinciam deferentium bona; Nec nomina excludenda puto, licet in aliis debitores exiſtant provinciis. Detractio enim de tota maſſa fit, ad quam & illa nomina ſpectant. Minuuntur plerumque bona tertia, ut olim in ducat. Brunſv., ſexta, quindena ut in Marchia, SCHEPLIZ *ad conſuet. Marchic. p.* 160. aut decima parte, ut in ducatu Magdeb. *Ordinat. polit. Magd. c.* 29. *c.* 56. §. 19., *principat Halberſtad. Dn.* THOMAS. *diſſert. de jure detract.* §. 15. *Palatinatu Rhenenſi, Francof. ad Mænum, Bambergæ.* WEHNER *obſerv. pract. in voc.* Nachſteur. *In principatu Anhaltino viceſima*, RHETIVS *de ſarcina emigrantium c.* 4. *theſ.* 4. Judæi autem principatu Halberſt. emigrantes, adhuc tertiam ſolvere tenentur. Nihilominus & in hiſce provinciis portiones illæ, ex jure retorſionis varietatem induunt. STRYK *in u. m. lib.* 50. *tit.* 1. §. *XIII.* Nulli ab hoc onere ſunt exemti ruſtici, neque etiam inquilini die Häußlinge. Sequentia ſunt, quæ hac de re in *Georgi Wilhelmi* allgemeinen Ausſchreiben *de an.* 1685. habentur. Und letzlich, wann die Häußlinge eine ziemliche Anzahl Jahre in unſern Lande gewohnet, und unſeres Schutzes, auch anderer commoditäten und Nutzbarkeiten genoſſen, dahero öffters mehr Mittel, als die rechte Einwohner gemacht, dann aber auſſer Landes an fremde Oerter ſich gar weg zu begeben gemeinet ſeyn, wo das Abſchos oder Abzinß Geld bey unſern Aemtern gebräuchlich, mit ſolchen Häußlingen, als andern Einwohnern zu halten. Doch aber wird darunter in allen dem Herkommen, Obſervantz, und andern von uns ertheilten Reſolutionen nach, es zu halten ſeyn, als wieder welche niemand beſchweret werden ſoll. Nihilominus tamen

tamen miniſtri eccleſiæ, e pagis diſcedentes, ab hoc onere ſolent eſſe liberi. In ordinatione eccleſiaſtica Magdeburgenſi c. XX. art. 7. legitur So ſollen ſie auch frey ſeyn, von allen Abzug der Erbſchafft Fällen, ſo ihnen, oder ihren Weibern und Wittwen in andern Gerichten zu fallen und anſterben, obgleich ſonſt derſelbe gebräuchlich wäre. Nonnullis in locis jus detractus ſaltem illum caſum reſpicit, ſi quis ex imperio Germanico, aut ex una ejus in aliam divertit provinciam, aut eo bona quædam transfert *Ordinat. politica Magd. c.* 29. Alicubi autem, ſi tantum ex una in aliam præfecturam ejusdem territorii migratio fiat, aut bona transportentur, aliquid præfecturæ ſolvendum, aut etiam nobili, cui hoc jus a principe permiſſum. *In receſſu provinciali Marchico de anno* 1534. ſub Joachimo electore conſtitutum. Wenn aber Kinder Geld, und Erbguth von dem Rath, oder aus dem Gerichte, darinnen es lieget, in fremde Gerichte wegbringen will, ſoll geben dem Rath in Städten, oder der Herrſchafft in Dörffern, von jeglichen Märckiſchen Schock 4. Märckiſche Groſchen, und dem Richter von jeglicher Perſon, welcher ſolch Kinder Geld oder Erbguth aus dem Gerichte nimt, oder weg bringet, 12. Märckiſche Groſchen. Conſtitution, Willkühr und Ordnunge der Erbfälle, und anderer Sachen wie es damit durch die gantze Marck Brandenburg, und den zugehörenden Landen hinführo ſoll gehalten werden. Non autem diſcedens ruſticus in oppida pro lubitu recipi poteſt, ſed oportet, ut primum afferat codicillos Abzugs-Brieffe von ſeiner Herrſchafft, darunter er zuvor gewohnet hat, daß er ſich von ihme entbrechen, und mit Wiſſen und Willen ab-

Digitized by Google

geſchieden. Hinc in Marchia quoque obtinet, ſi plures nobiles, qui jure detractus gaudent, in uno habitent vico, ut ruſtici unius, ſub alterius diſcedentes jurisdictionem, jure detractus mulctentur. KOHL *in conſtitut. March. pag.* 3. *quæſt.* 20. *n.* MULLER *in practica civili Marchica p.* 3. *quæſt.* 20. *n.* 25. SCHEPLIZ *ad conſuet. March. pag.* 3. *tit.* 8. §. 3. *n.* 8. Nonnulli tamen hoc ad ruſticos, qui hominum propriorum numero ſunt, reſtringendum arbitrantur. Sunt territoria Germaniæ, in quibus per pacta jus detractus ſublatum, quale pactum, regi Boruſſiæ, quoad Marchiam Brandenburg., ducatum Magdeburgicum, principat. Halberſt. & Mindenſ. ut & comit. Ravensberg. cum, ducatu Guelferbytano, principatu Blancklenburgenſi & territorio Walckenridenſi intercedit; ut eſt in edicto Antonii Ulrici de an. 1707. Adeſt quoque hujus ducis reſcriptum de an. 1710. quo jus detractus inter terras elect. & ducales Brunſvic. ſublatum declaratur. Ducatum Brunſvicenſem Ludovico Rudolpho moderante, hoc inter illum & Sueciæ regem, ut Haſſiæ Landgrafium, 1733. eſt abolitum. [illegible], qui de jure detractus aliquid literis mandarunt, [illegible]PENIUS *in bibliotheca juris* recenſet, & illorum num[illegible]ro etiam CRUSIUM, cujus tractatus ſynopticus, in opuſculis ejus exſtans, pauciora haud dubie habiturus fuiſſet folia, niſi admixta quamplurima allegata, aliaque ad rem nihil facientia, ipſi magnitudinem aliquam procuraſſent. *Confer. quoque* COCCEI *diſſ. de cenſu emigrationis* 1. *&* SYRINGI *additiones prim. ad jus decimarum p.* 558. *ſeqq.* Certo modo huic reditui accenſeri poteſt jus detractus, quod exercetur in pretio pecorum, quæ e territorio educuntur. In receſſu provinciali

vinciali villæ antiquæ (Oldenſtat) de an. 1624. habetur: Soll für ein Pferd erleget werden 4. Lübeckiſche Schilling für 1. Ochſen drey Schilling, für 1. Rind 2. Schilling &c. Sic & ad exteros transferendæ cereviſiæ, frumentoque onus aliquod ſæpe impoſitum eſt. Ius Hageſtolziatus *a* huc quoque trahi poſſet; ſed cum potius ad pœnarum compendia ſpectet, illud capiti de ruſticorum delictis reſervabimus.

§. XXIV.

Magnæ Britanniæ rex Georgius primus propter durum illud, quod detractus juri ineſt, anno 1721. ſe obtulit, ad diſcedendum ab hoc jure in totum, aut in tantum, intuitu illorum imperii ordinum, qui ab eo, ratione ſubditorum ſuorum German. abſtinere vellent. Sublatum illud eſt an. 1652. inter terras Calenbergicas & Guelpherbytanas, per pactum inter Auguſtum & Georgium Wilhelmum, & Georgius Ludovicus elector an. 1708. declaravit, in terris electoralibus Friderici Ulrici conſtit., ſupra memoratam, obſervandam eſſe. Penitus ſublatum eſt, eorum, qui

a Terræ Brunſvicenſes, æque ac permultæ Germaniæ Hageſtolziatui ſubfuerunt. Contra Brandeburgicos ſubditos in Brunſvicenſi ducatu hoc non eſſe exercendum, ab Antonio Ulrico 1710. conſtitutum eſt. Auguſti Wilhelmi conſtit. iſtud jus 1727. nobilibus, clericis & militibus, ut & profeſſoribus exceptis, in fiſci incrementum, renovatum, ſed 1730. iterum abrogatum eſt. Inter Pruſſiæ regem & Auguſt. Wilhelm. conventio inita, ut Hageſtolziatus in utriusque terris, pro decima bonorum, in quæ ſuccedi deberet, parte, exerceretur: Aſt hæc conventio ſub Ludovico Rudolpho ann. 1731. ſublata, & jus Hageſtolziatus penitus abolitum eſt. In terris quoque elect. Brunſv. per conſtit. Georgii II. M. B. regis de ann. 1732. cælibatus pœnæ, antea ærarii invalidor. militum, æque ac jus detract. incremento, valedictum eſt.

qui bona ſua hereditaria in Angliam transferunt. Vid. *reſcriptum regiminis regii de an.* 1716., & tria ad hanc rem ſpectantia de an. 1617. Porro in totum exſtinctum per pacta cum Pruſſiæ rege, quoad terras Brand. elect. March., principatum Halberſtad. & Mindenſem, incluſo comitatu Ravenſbergico, quoad ducatum Brunſ. Guelpherbyt., epiſcopatus Oſnabrugenſem, & Monaſterienſem, abbatiam Quedleburgenſem, cum civitate & locis ad eam pertinentibus, comitatum Stolbergenſem, civitates Hildeſienſem, Boccumenſem, exceptis reliquis epiſcopatus Hildeſ. incolis, Nordhuſam, Mulhuſam, Duderſtadum. Reſtrictum ad vigeſimum nummum, quoad ducatus Gothanum, Vinarienſem, Eiſenacenſem, Mecklenburgicum, Strelizanum, landgrafiatum Haſſo-Homburgicum, principatus Schwartzburgenſes-Rudelſtadenſem, Sondershuſanum, Ahrenſtadenſem. Redactum ad decimum nummum, quoad epiſcopatum Paderbornenſem, landgrafiatus Haſſo Caſſelanum, & Haſſo-Damſtatinum, principatum Waldeccenſem, comitatum Oldenburgicum, civitates Goslariam & Lubecam. Vid. *conſtit. elect. Brunſv. part. IV. C. 6.*

§. XXV.

Publicis jam ruſticorum præſtationibus pertractatis, aut delibatis potius, ut privatas adjungamus, argumenti noſtri ratio fert. Sunt autem illæ, quæ dominis prædialibus, ſive ſint nobiles, ſive monaſteria, aliaque pia corpora, Senioribusque a ruſticis, ruſticaque prædia habentibus, in nexus clientelaris effectum, & ſignum exhibentur. Referimus etiam

etiam huc præſtationes, quæ præfecturis debentur. *a* Nam in his, œconomiæ aulicæ deſtinatis, principes dominorum prædialium vicem habent. Imo notari meretur, nonnullis in locis ſacerdotes operis ruſticorum, ut parte ſalarii, frui. TITII *probe* des geiſtl. Rechts *l. 2. c. 6. §. 11.*

§. XXVI.

Operæ *a* hæ dividuntur 1) ratione modi in Spann- und

a Ad harum præſtationum cenſum in quibusdam regionibus referuntur: Erden-Zins, Rott-Zins, Immenſtäte-Zins, Frey-Zins, Haus- und Hoff-Zins, Wieſen-Zins, Garten-Zins, Schmiede-Zins, Weyde-Huben, eine Kuh vor die Weyde, einen Weyde-Hammel vor die Weyde, Burgfeſte, quæ onera nonnunquam pecunia rediumuntur; Conceſſions-Geld für Brantweins-Blaſe. Mey-Bede, Herbſt-Bede, Faſtnachts-Bede, Milch-Küh-Geld, Dienſt-Geld, ſi operæ in natura, ut loquuntur, non præſtantur, Looß-Hammel, Zins- oder Mey-Hüner, Rauch-Hüner, Zehnt-Immen, Heuel (Kreh) Hahnen, Zins-Eyer ꝛc. Ruſticis etiam incumbit prata, & agros foſſis & dumetis circumcingere. *Conſtit. Ludovici Rudolphi de ann. 1731.* Sic & vias publicas, in præfecturis, quæ per & ad ſuum ducunt pagum in ducatu Brunſvicenſi, ut dictum, reparare tenentur. Quod ſi ſilvis deſtituuntur, ipſis concedendum, ut ligna ad hoc opus neceſſaria, a ſaltuariis indicata, e ſaltibus, ad præfecturam pertinentibus, petant. Ex Friderici Ulrici conſtitut. ad vias reparandas, qui equos alunt, ſive ſint agricolæ, ſive coſſati, ſinguli regulariter non niſi unum præbent equum, & qui equis carent, manuales præſtant operas. In archi-præfectura Guelferbytana pleraque pagorum pars aliquid pecuniæ in ſumtus, quos requirit rumpenda glacies, quæ forſan, qua Guelpherbytum vallatur, tegit, ſolvere, tenetur. Ad ruſticorum in hac archi-præfectura opera ſpectant etiam lignorum vecturæ, quæ a præfectura exiguntur, ut in uſum militum, ad Guelpherbytanas excubantium portas, fiant. Quælibet vectura, quarum 95 ſunt, thalero redimi debet, ſi non præſtatur. Neque hæ operæ aliquid ex iniquo trahunt, quoniam munimentis etiam agreſtium ſecuritati proſpicitur.

a Germanicæ gentes operas variis exprimunt nominibus, ut ſunt: Robewold, Scharwerck, Dingnetel, Herren-Dienſte, Frohn-Dienſte. Conf. *jus Bavaricum tit. 23.* BALTHASAR. *de oper. ſubdit. c. 3.* WEHNER.

und Hand- oder Fuß-Dienſte, 2) ratione quantitatis in determinatas, in gewiſſe geſetzte, oder gemeſſene Frohn-Dienſte, quæ tam ratione numeri, quam ratione temporis certæ, & in indeterminatas *b* ungemeſſene Dienſte, quæ neutram habent certitudinem, & toties præſtari debent, quoties opus eſt, tempore tamen locoque conveniente 3) ratione qualitatis in ordinarias, quæ ſecundum conſuetum alicujus loci morem, & extraordinarias, quæ contra hactenus receptum morem ſunt præſtandæ. ENGELBRECHT *l. c.* §. 27. GVGGENBEGGERI *repert. jurid. p. 277. ſqq.* POTGIESSER. *de operis ſerv. lib. II. c. 7.*

§. XXVII.

Per Spann-Dienſte omnes illæ operæ, quæ jumentis præſtantur, intelliguntur. Hand- und Fuß-Dienſte conſiſtunt

NER. *in voc.* Dingnotel *R. P. Salzdalumenſis de ann. 1597.* §. 3. 4. ENGELBRECHT *de operis ruſtic.* §. 25. Minus recte hæ operæ ab HEINECCIO *in elem. jur. Germ. lib. I. tit. I.* §. 28. angariæ & parangariæ dicuntur. Angariæ enim erant curſus publici ſpecies & quidem vehicularis; parangariæ curſus publici extraordinarii ſpeciem habuiſſe videntur. Aliqui putant has fuiſſe vecturas, per vias in quibus ſtationes publicæ non erant. Conf. NICOLAVS BERGIERIVS *de publ. & milit. imperii Rom. viis lib. IV. p. 411. 731. 732. 768. tom. X. theſ. antiquit. Rom.* & HENINIVS *in notis*, IACOB. GOTHOFRED. *ad lib. VIII. tit. V. l. 4. C.* THEODOS. *de curſu publico &c.*

b De origine diſcriminis inter operas determinatas, & indeterminatas doctores inter ſe non conveniunt. Veriſimilior videtur ſententia, quod cum ſervorum quidam in aliquam ſint delati libertatem, alii vero hominum propriorum nomine ſub ſtrictiori manſerint obſequio, horum operas indeterminatas manſiſſe, illorum determinatas factas. Rat. vide apud BAIERVM *in ſpecimine juris Germanici lib. I. c. V.* §. 14. 15.

Digitized by Google

ſiſtunt potiſſimum in Hand-Frohnen, Getreyde ſchneiden, Grummt und Heu machen, Treſchen, Miſt breiten, Kraut oder Heu harcken, umſchlagen ꝛc. Bothſchafft lauffen, wachen, jagen, [a] STRUVII *jurisprud. Rom. Germ. forenſ. lib.* 1. *tit.* 10. §. *V.* FRITSCHIUS *de ſtatu ac jure pagorum c. VIII.* §. *VII.* LEISERI *jus georgicum lib.* 1. *c.* 29. Priores ab iis, qui agros die Voll- und Halb-Spänner; poſteriores vero ab illis, qui parum aut nihil agri, Köther, Kothſaſſen, Brinckſitzer, [b] Erbtreſcher habent, præſtantur. *Receſſus provincialis Gandersheimenſi de anno* 1601. §. 29. Interdum & illi, qui jumentis ſerviunt, ad manuarias operas adſtringuntur. Ita in ducatibus Brunſvicenſi & Mecklenburgico ſe rem habere, conſtat. In territorio Brunſvicenſi meſſis tempore [c] tam villici, quam cotſaſſi, deſecandarum complicanda-

[a] In Bavaria operarum numero ſunt: Brenholtz zu hacken und zu klöben, waſchen, Austreiben im Schlos, Holtz richten, Putz und Seuberung der Ställe, Hundhaltung, Weinfahren, Herbeyführung der Gerſten ins Brauhaus; item Holtz- und Futter-Lieferung, Garten-Arbeit. ERTEL. von der Nieder-Gerichtsbarkeit. *lib. I. c.* 7. *obſ.* 9. ZELLERS Baierſche *præjudicia p.* 46. 58. Heu, Stroh, und Holtz zu Scharwerck zu führen, non tamen ad quatuor milliaria, niſi hoc conſuetudo ferat. ZELLERS *præjudicia pag.* 141. *ſeqq.* Ubi domini caſtrum in monte ſitum ibi das Waſſer fahren, eſt opera ordin. ZELLER. *l. c. p.* 22.

[b] In Bavaria ein Innmann (Häusling) ad operas ruſticas non tenetur; interim den Hoffmarcks-Herrn præ aliis, labores locare debet. ZELLERS Baierſche *præjudicia p.* 53.

[c] Uſu obtinuit, ut archi-præfecturæ Guelpherbytanæ ruſtici, præter ordinarias operas, meſſium labores, quos ducalia requirunt ſuburbana, facere debeant. Coſſati falcibus inſtructi accedant, & frumenta deſecent, agricolæ & ſemi-agricolæ mittunt, qui ſeparatas a fundo fruges colligant, complicent, & in acervos ponant. Qui meſſi operam dant, lardi partem, quæ libræ quadrantem & ejus dimidium æquat, panis nigri globulum (Knobben) tres pondo quadrantes conficientem, & cereviſiæ menſuram, quæ Stübchen voca-

candarumque frugum curam habent. Agricola meſſorem cum ancillula, colligendis frugibus manus præbitura; ſemi-agricola meſſorem tantum, cotſaſſus major meſſorem, aut collectorem, & cotſaſſus minor puerum erigendis manipulis majoribus (die Garben) eisque in cumulum redigendis deſtinatum, ſubmittere coguntur. *In receſſu tamen* 1597. §. 1. conſtitutum: Daß von niemand zugleich Hand- und Acker-Dienſte, auſſerhalb was in etzlichen Aemtern in der Erndte-Zeit über 30. Jahr von Trinitatis 86. zurück zu rechnen, hergebracht, gefordert werde.

§. XXVIII.

De operis in ducatu Mecklenburgico ex TORNOVIO *de feudis Mecklenburgicis parte poſt. pag.* 180. ſequentia addere placet: Was unſere Mecklenburgiſche Baur-Dienſte anlanget, ſo ſind zwar dieſelbe überall nicht gleich, wenn aber ein Bauer eine vollenkommene Hufe an guten Lande, darinn eine Einſaat von 9. Drömbt oder wenigſt 100. Scheffel fält, nebſt der vollſtändigen Hoffwehr beſitzet, ſo dienet er dafür in der Woche 6. Tage mit den Hacken, oder auch mit 4. Pferden zu denen Fuhren, welche ihm angekündiget werden

vocatur, accipiunt. Ad gramina, quæ in ducalibus creſcunt pratis, fœno aptanda, & in horreum abducenda, operæ ruſticorum extra ordinem adhibentur, ita ut ſi huic operi extraordinariæ non ſufficiant, ordinariæ in ſubſidium vocentur operæ. Coſſati & inquilini manuarias præſtant operas, & agricolæ, ſemive-agricolæ vecturas. Unicuique, hic auxiliatrices præbenti manus lardi portio, libræ quadrantem & dimidium, caſeus, aut panis globus, tres libræ quadrantes continens, & cereviſiæ menſura; quam Stübchen appellant, porrigitur. In civili omnino eſſet, non bono tam pauxillum operæ principi præſtare. Neutiquam tamen ordinariæ & extraordinariæ hæ in unum diem injungi debent.

werden, und zwar in ſpecie zu denen Miſt-und Holtz-Fuhren *a* ſelbander, wie er denn auch woll an denen Tagen, wenn gehacket wird, danebſt 1. Hand-Dienſte leiſtet, ein halb-Baur, der 20. biß 24. Scheffel in jeden Schlag ſäen kan, dienet mit dem Spann 4. Tage, und zwar ſolcher geſtalt, daß, wenn Korn-Fuhren vorfallen, 2. zuſammen ſpannen müſſen, ein Koßate dienet 3. Tage mit dem Spann, und einen Tag mit der Hand. Mit denen Einliegern variirt es, etliche werden genannt kleine Koßaten, welche 6. oder 8. Scheffel Einſaat genieſſen, wofür ſie 1. oder 2. Tage mit den Hacken, und 1. Tag zu Fuß, oder auch woll 1. Tag mit den Hacken, und 2. zu Fuß dienen; Einige die keinen Acker, ſondern Köten mit einen Kohl-Garten einhaben, die pflegen woll dafür 2. Tage zu Fuß, oder die keinen Kohl-Garten haben,

den-

a Præter vecturas lignorum ordinarias, in permultis Germaniæ regionibus equis operas præſtare obſtricti, eas, quas caſtri dominici ædificatio, aut reparatio requirunt, præſtare ſunt obligati: Aſt ſub his lignorum vecturæ, ad ſtabulorum, horreorum, ſimiliumque ædificiorum uſum neceſſariæ, non continentur. Operæ enim ruſticæ, ut res odioſæ, ſtricte ſunt interpretandæ. Interim in electoratu Saxoniæ extenſio ad alia ædificia obtinet: Auff die Hoff-und Forwergs-Gebäude, ſie mögen mit dem Ritter-Sitz unter einen Dache begriffen ſeyn, oder nicht. *Deciſ. elect. noviſſ. 33.* Attamen nec in Saxoniæ electoratu unter denen Bau-Dienſten intelliguntur, ſuffoſio fundamenti ſtruendi cauſa, das Grund-graben, expurgatio cellarum, das Keller-räumen, avectio ruderum, Schutt aufladen, und wegführen, avectio lignorum infectorum, unausgewipffelter Stämme, item Schwellen, Säulen, Balcken, Zimmer-Spene Stämme, wenn ſie noch nicht beſchlagen ꝛc. Conf. BAIER. *in ſpecim. juris Germanici lib. II. c. 5. l. 4. & 11.* Denique notandum, lignorum vecturas regulariter uno die confici, neceſſe eſſe, ſi ſaltim unus operarum dies pro ſingulis ejusmodi vecturis numerari debet. Daß ſie denſelben Abend wieder zu Haus kommen können. Potiſſimum tamen hic ad conſuetudinem & pacta eſt reſpiciendum. ERHARD. *concluſ. 23.*

dennoch für den Schutz, den ſie genieſſen, ſolcher geſtalt einen Tag dienen. Dieſe ſind die gemeine und ordinaire Dienſte. Wenn aber ein Bauer mehr als den Acker beſitzet, nemlich etwa zu 3. Drömbt Parchimſcher, oder 4. Drombt Roſtochiſcher Maaſſe in jedem Schlage, ſo werden auch die Dienſte darnach verhöhet e. g. daß er nebſt den Hacken 3. oder 4. Tage mit denen Pferden dienen, und die übrigen Tage in der Wochen Hand-Dienſte leiſten muß, wie ſolches an etlichen Orten ſo gebräuchlich iſt. Zur Erndte Zeit werden die Dienſte ordinairement mit 2. Perſonen verrichtet. Wenn aber die Dienſte obbeſchriebener maſſen nach proportion der Einſaat etwas ſchwerer ſind, ſo müſſen 2. Meyer und 2. Binder wegen der Rocken-Erndte, und die gantze Gerſten-Erndte durch 3. Perſonen zu Hofe dienen. Die Koſſaten verrichten zwar zur Zeit der Erndte keine Spann-Dienſte, dienen aber ſelbander zu Fuß. Dieſer Hofe-Dienſt nimt ſeinen Anfang bey Sommer-Tagen um 6. Uhr, und währet biß um 11. Uhr, da denn der Baur mit dem Vieh biß 1. Uhr zu ruhen pfleget, von der Zeit gehet die Arbeit wieder an, und währet biß 6. Uhr zu Abends. Zur Winters Zeit müſſen die Bauren, welche den Dienſt in Dorffe zu verrichten haben, mit anbrechenden Tage zu Hofe kommen, die aber, welche über Feld den Dienſt abzuwarten haben, müſſen um eben dieſelbe Zeit dazu ausgehen, und halten nur eine Stunde Mittags Ruhe, darauff continuiren ſie mit der Arbeit biß zur Demmerung. Uber obſpecificirte Dienſte müſſen die Baur-Weiber 12. biß 16. Pfund Heide und bey vorerwehnten ſchweren Dienſten woll 24. Pfund, die

die Koſſaten aber die helffte hievon ſpinnen. Es ſind auch die Bauren ſchuldig, die Säcke zum Korn verfahren, und Saat-Korn zu halten, auch das Korn auſſer Hofe-Dienſte auszuſäen. Quanquam jam operæ ruſticæ, ut odioſum quid, ad connexa extendi nequeant: in ordinatione tamen politica Magdeburgica c. 32. §. 5. circa operas, quæ meſſis tempore præſtari debent, hoc modo diſponitur: So ſollen auch die Unterthanen dasjenige, was ein unſtreitig connexum der Dienſte iſt, zugleich leiſten, als wo ſie das Getreydig zu ſchneiden oder zu hauen oder zu harcken verbunden, ſeind ſie daſſelbe auch zu binden, und zu knöbben ſchuldig. Operis hiſce jungi poſſunt ſervitia, quæ ruſtici ex feudis præſtant. Nonnunquam ex illis equi, non ſolum belli, ſed & aliis uſibus applicandi, ſiſti debent; interdum & aliæ operæ præbentur. LEISERI *jus georgicum lib.* 1. *c.* 27. *pag.* 137.

§. XXIX.

Solet hic quæſtio ventilari, an operæ in pecuniam mutari queant; ubi veritati negativam magis congruere puto ſententiam. ZELLERS Baierſche præjudicia p. 27. Oßnabrugiſche Eigenthums Ordnunge C. XIII. §. 2. Non tam propter rationes, quas plerumque adducunt, neque creditorem aliud pro alio exigere, neque locatorem aliud petere poſſe, quam id, ad quod conductor ex lege contractus *tenetur*; ſed propter rei æquitatem. Nam ruſticus pecuniam illam, quam domino prædiali pro operis præſtare debet, non ſemper aliunde operis ſuis lucrari poteſt. Quod ſi vero

Digitized by Google

hoc commode fieri queat, [a] affirmativæ ſententiæ merito accedendum eſt. Nam tum ad innoxiam ſpectat utilitatem, quam hominem homini, cui nullo etiam vinculo obnoxius eſt, ex naturæ legibus præſtet, pro operis nummos exhibere. Illud enim domino eſt proficuum, & ruſtico non nocet; imo in ruſtico, peculiariter obnoxio, hoc ad juſtitiam particularem ſpectat, ita ut ad hoc cogi queat, quod in aliis humanitatis tantum, & juſtitiæ eminentis ratio requirit. Porro neceſſitas, conſuetudo, longiſſimique temporis lapſus ubique negativam limitant. Vid. *Dn.* GROLMAN, qui ex profeſſo de mutatione operarum nonnullis diſſertationibus egit. *In ordinat. politica ducatus Magdeb. c.* 32. hæc reperiuntur. Doch ſoll keine Obrigkeit oder Beamter, wie er Nahmen hat, bey Vermeidung emfindlicher Beſtraffunge, ſich unternehmen, der hergebrachten Dienſte halber jährlich ein gewiſſes Geld von denen Unterthanen, wieder ihren Willen zu erzwingen, oder zu mehrern Dienſten, als hergebracht, anzunöhtigen, es wäre dann an einen Orte ein gewiſſes Dienſt-Geld allbereits hergebracht, oder würde noch in Zukunfft verglichen, dabey

[a] Sicut valde incertum eſt, quando operæ ordinariæ hebdomadales, zweytägige Spann- und Hand-Dienſte, ut & die halbjährige Burgfeſte cœperint; Ita & non ſine dubitatione eſt, quando modus ille, loco operarum præſtandarum, pecuniam, Dienſtgeld, ſumendi, initium cœperit. Videntur ab initio operæ tantum penuria laborantibus remiſſæ, illosque mediocri pecuniæ ſumma ſe ab hoc liberare potuiſſe onere. Poſtquam autem etiam illi, quos indigentia non premebat, pecuniam ſolvere, quam operas præſtare, maluerunt, major hujus pecuniæ eſt exacta ſumma, mutationibus obnoxia, usque dum aliquibus in locis eo redacta, ut agricola operarum annuarum loco 30. thaler. numerare neceſſe habeat? ſemi-agricola 15. thal. & coſſatus 5. thal. numerare neceſſe habeat. Quid in ducatu Brunſvicenſi, hujus pecuniæ ergo, obtineat in Antonii Ulrici conſtit. de ann. 1707. apparet.

Digitized by Google

daben hatte es alsdenn billig ſein Bewenden. Talis mos, qui deinde in legem tranſiit, in ducatu Brunſvicenſi obtinet. *In receſſu de anno* 1697. §. 11. *dicitur.* Dienſtpflichtige Unterthanen in Dienſt-Geld zu ſetzen, ſtehet ſo woll denen aus der Landſchafft, als auch gnädigſter Herrſchafft frey. *In receſſu provinciali de anno* 1610. *hæc reperiuntur:* Wie dann auch ein Dienſtherr befuget iſt, wenn er wegen ſchlimmen Wetters oder ſonſt die Dienſte in Natur nicht gebrauchen kann, das gewöhnliche Dienſt-Geld davon zu nehmen. Pecunia autem illa *in receſſu provinciali de anno* 1597. §. 1. eſt determinata: alsdenn für ſolche Dienſte ein ziemlich Dienſt-Geld, nemlich jede Woche von einen Ackermann 15. Marien Groſchen, von einen Köter aber 2. Marien Groſchen zu fordern, und zu nehmen. Inquilini, qui die Häuslinge vocantur, uno, ſæpe duobus thaleris operas redimunt, a quo ære nec illi, qui militiæ provinciali nomen dedere, immunes eſſe ſolent. *Georgii Wilhelmi* allgemeines Ausſchreiben *de an.* 1686. In Holſatia quoque & ducatu Mecklenburgico operarum loco pecuniam exigere licet, & illud in hoc ducatu, eo magis procedit, quoniam ibi ſervitia ſunt indeterminata. Solent autem de manſo in compenſationem operarum decem thaleri ſolvi. Nefas tamen utrumque a ruſticis exigere. *Inde in receſſu Saltzthalumenſi* huic iniquitati dica ſcribitur, atque conſtituitur: Dieweil aber hiebey auch geklaget worden, daß in etlichen Aemtern als Lichtenberg, Woldenberg, Wintzenburg und Steinbrück etzliche Leute Dienſt-Geld geben, und nichts deſtoweniger, ſo viel als andere dienen müſſen, iſt dieſer articul dahin verabſcheidet, daß ſolch Dienſt-

Geld hinführo gänzlich erlaſſen werden, darentgegen aber die Leute, welche da bißhero gegeben, gleich andern Unterthanen wöchentlich 2. Tage zu dienen, oder da man des Dienſtes nicht von nöthen ein ziemlich Dienſt-Geld, wie oben ſtehet, davon zu entrichten ſchuldig ſeyn. &c. Non tamen iniquum puto, aſſerere, domino liberum eſſe, pecuniam, quæ loco operarum longiſſimo tempore præſtita, viciſſim in operas commutare, [b] ut docent. KLOCK *de contributionibus c. 2. n. 66.* BRUNNEMAN *ad l. 25. D. de operis libertorum*, niſi dominus operas denuo exigens, contradictioni-

[b] Fridericus Wilhelmus M. elect. Brand. in comitatu Ravensbergico ſequens reſcriptum, quod Ravensbergiſchen Eigenthums-Recht und Ordnunge adjunctum eſt publicari, juſſit.

Friderich Wilhelm Churfürſtl. ꝛc. Obwohl in eines jeden Guts-Herrn arbitrio und Belieben ſtehet, ob er von ſeinen Eigenbehörigen die würckliche Dienſte wie dann Kühe, Schweine und dergleichen præſtanda in natura nehmen oder mit Gelde bezahlen laſſen: So vernehmen wir doch, daß von denſelben zu Zeiten exceptio præſcriptionis opponiret werden will. Dieweilen aber ſelbige ihnen per longum tempus vel longiſſimum, das Geld dafür gegeben, hierunter gar nichts zu ſtatten kommen kan. Als befehlen wir euch gnädigſt, daß ihr euch nebſt den andern bey den Goh-Gerichten zu Versmold und Herrfort hiernach gehorſamſt achtet, und in begebenden Fällen alſo erkennen und judiciren ſollet. Dafern aber einer oder ander mit ſeinen Unterthanen der Dienſten halber einen gewiſſen Vergleich getroffen haben mögte; Dabey habt ihr es allerdings zu laſſen, und dahin zu ſehen, damit die Eigenbehörige zur Ungebühr wieder die Billigkeit, auch bey fürgenommener Verordnung der præſtandorum, nicht beſchwert werden mögen. Gegeben Cölln an der Spree d. 29. Novembr. Anno 1654.

Add. *deciſ. Bavar. 71.* Baierſches Dorff- und Land-Recht *part. III. reſol. 8. p. 266.* WISER. *lib. I. obſervat. 4.* Res enim meræ facultatis, familiaritatis & amicitiæ ex communi doctorum ſententia, ne quidem immemoriali ſubeſt præſcriptioni. Interim princeps operas, quibus non indiget, in pecuniam commutare non poteſt. Dorf- und Land-Recht *deciſ. 3.* Neque ſubditus, qui loco operarum pecuniam pollicitus, ab hoc promiſſo diſcedere poteſt, quoniam non eadem ejus hic cum domino eſt ratio. *Deciſ. Bavar. 65.*

Digitized by Google

ctionibus ruſticorum per legale tempus acquieverit; tunc enim res meræ facultatis eſſe deſiit. Conſtans quippe eis jus, pecuniam non operas præſtandi, minime oritur, ſi quaſi poſſeſſio illa uno actu fuerit interrupta; ſcilicet ſi una ſaltem vice dominus monuerit, ſe pecuniæ acceptatione jure ſuo, depoſcendi operas, decedere nolle. Eſt enim ipſi liberum, unum pro altero, absque violatione juris ſui acceptare. Sic &, ex quo durior fit ruſticorum conditio, dominus operas dividere, & a loco ad locum, a tempore ad tempus, aut a re ad rem prorogare non poteſt. Nam hic, ut in odioſis, interpretatio extenſiva non habet locum. Quid obtineat, ſi ruſtici alternative, aut ad pecuniæ, aut operarum præſtationem ſint obſtricti, & penes quem ſit jus eligendi, vide apud CARPZ. p. 2, c. 4. §. 5.

§. XXX.

In terris Brunſvicenſibus operæ ſequentem in modum ſolent eſſe determinatæ; ut villicus, qui plerumque tres manſos ſive hubas, aut nonaginta jura Morgen, habet, duobus diebus, a ſemi

a Præter ordinarias operas hebdomadales, agricolæ, ſemi-agricolæ & coſſati per dimidium anni uno aut duobus diebus operas quæ Burgfeſten vocantur, caſtris & præfecturis quibusdam præſtare coguntur. Sunt agricolæ, qui meieri burgenſes, Burg-Meier dicuntur. Hi quavis ſeptimana, uno die equis & curru ſervitia præſtant, alterum diem decem thaleris & triginta groſſis, in Michaelis feſto præſtandis, redimunt. Hanc pecuniam ipſis in archi-præfectura Guelpherbytana dominus der Guts-Herr compenſare debet. Porro omni semeſtri hi meieri unius dici operas, Burgfeſten vocatas, præſtant. Denique jam dicti meieri & ſemi-agricolæ exercendorum & conſerendorum agrorum tempore, zur Saat-Zeit, uno die operas præſtant. Ab hoc opere etiam coſſati, qui equos habent, non ſunt excepti.

Digitized by Google

ſemi villici, qui dimidio agrorum antedictorum numero gaudent, uno die, per ſingulas ſeptimanas ſerviant, cotſaſſus major vero duobus diebus, & cotſaſſus minor uno die, ſingulis ſeptimanis, manuarias aut pedeſtres præſtent operas. Vid. *Auguſti Wilhelmi* **Dienſt** *- Reglement de ann.* 1722. *& conſtit. elect. Brunſvic. part. IV. C.* 5. *&* 8. In ducatu Holſatico ſingulis hebdomadis tribus vicibus vel ſervus, vel ancilla ſervitia præſtare tenentur, in quo agricola cum ſemiagricola ſimili eſt conditione, niſi quod inquilini ſaltem unam diem operas præſtent, tempore meſſis ſingulis diebus ſervus, ancilla, & equi, quoties opus eſt, laborant. In ducatu Mecklenburgico duplex operarum numerus obtinet. Agricola enim quatuor in hebdomade vicibus quatuor equos, & ſemiagricola duos, aut tres ad ſervitia domini adducere obligatur, quibus deinde ſervus ancillaque jungi debent. Illud ex duriori vinculo, cui illarum terrarum ruſtici obnoxii ſunt, propullulare exiſtimo. In ducatibus Guelphicis non duplicatur operarum numerus, niſi neceſſitatis tempore, & ſolius ſaltem principis intuitu, **aus erheiſchender dringender Noth zu Behueff des Landes-Fürſten, aber nicht in andere Wege,** *Receſſus prov. Saltzthal.* §. 1.

§. XXXI.

Sunt autem ad operas perficiendas idonea ſubmittenda inſtrumenta, *a* & quidem juſto tempore. **Bey Leiſtung der**

a Merentur hic adjungi quæ leguntur in der Oſnabrückſchen Eigenthums-Ordnunge *C. XIII.* §. 3. *ſeqq.* In dem Fall, da einige Eigenbehörige mit einen Spann zu dienen ſchuldig ſind, zugleich zwey tüchtige Leute, wo

der Dienſte ſollen ſie angehalten werden, tüchtige Perſonen und Pferde, ſo gut ſie ſolche in ihren Hauſe und Geſpann haben, zu ſchicken, auch die Wagen-Leitern und Bretter dar-

zu

wo es hergebracht, dabey zu erſcheinen gehalten, welche der Arbeit, ſo ihnen vom Guts-Herrn auferleget wird, vorſtehen zu können im Stand ſind.

Gedachtes Spann muß unſträfflich, und ſo beſchaffen ſeyn, daß es die Dienſte behörig verrichten könne. Es darff auch der, ſo mit 4. 6. oder mehr Pferde dienen muß, nicht mit wenigern erſcheinen, ſondern muß das volle Spann, und dazu das Futter mitbringen. Solche ſeine Spann-Dienſte iſt derſelbe, wie oben Cap. III. §. 3. gedacht, ſolcher geſtalt, daß er bey Sonnen Aufgang von Haus und Wehr ab- und bey Sonnen Untergang wieder zu Haus ſeyn könne, (welches nehmlich bey langen Tagen von 6. Uhr Morgens bis 6. Uhr Abends zu verſtehen) oder wie es ſonſt bey jedem hergebracht, zu leiſten ſchuldig.

Imgleichen muß der Colonus Wagen, Pflüge, Eggeden und was ſonſt dazu gehörig iſt, zum Dienſt mitbringen, damit die Arbeit, wozu er beſtellet, tüchtig und ohne Betrug verrichtet werden könne. Wie er dann die Wagen und das Geſchirr, zum Nachtheil ſeines Guts-Herrn, keinesweges kleiner machen darff. Und ſollen diejenige, welche ſich deſſen unterſtehen, gehalten ſeyn, entweder einen Tag länger zu arbeiten, oder des Tages Arbeit mit ſo viel, als einem andern, vor Geld gemiethetten Tag-Löhner, gereichet wird, bezahlen.

Die bey dem Spann dienende Leute bekommen des Mittags etwas zu eſſen, ſonſt weiter nichts, es wäre dann, daß dieſerwegen ein anders hergebracht, oder vor Geld gegeben worden.

Auch müſſen einige Köther gewiſſe Dienſte mit Pferden verrichten und ſind deren etliche mit zwey, andere aber mit drey Pferden zu erſcheinen ſchuldig. Bleibt es alſo dabey, wie die Dienſt-Leiſtung mit dem Spänn von Alters hergebracht, und gehet ſolches den wöchentlichen Hand-Dienſt nichts an.

Insgemein müſſen die Köther ſonſt mit der Hand dienen, wozu ſie die Gereitſchafft oder instrumenta mit zubringen ſchuldig, ſtehet auch nicht in ihrem Gutachten oder Willkühr, was ſie verrichten wollen, ſondern wozu ſie beſtellet, und von Alters her pflichtig ſind, müſſen ſie fleißig verrichten; dieſelbe bekommen gleichfals zu eſſen, oder wie es hergebracht.

Weil auch einige coloni jährlich insgemein eine oder, wie es hergebracht, mehr lange oder Statt-Fuhren zu thun ſchuldig ſind, welches die Wochen-Dienſte nicht angehet, ſo müſſen die dazu berechtiget, wann ſie dazu beſtellet werden, ſolche auf dero Koſten verrichten. Auch ſind einige von Alters her verbunden, auſſer Landes zu fahren, und haben ihren Guts-

zu behalten, welche von Altershero üblich und gebräuchlich geweſen. *Ordinatio politica duc. Magdeb. c.* 32. §. 6. De tempore diei, quo ſe ad operas præſtandas ſiſtere debent, in reſolutione, ſtatibus provincialibus Hojenſis comitatus data, ita diſpoſitum: Diejenigen, ſo eine Meile Weges vom Amte, oder denenjenigen innerhalb Amts belegenen Orten wohnen, an welchen ſie zum Amte erfordert ſeyn mögten, von erſten Maji biß 1. Octobr. des Morgens um 6. Uhr auff den Dienſt kommen, und des Abends um 6. Uhr abtreten. Die aber über eine Meyle von dem Ambte oder dem Orte der Arbeit wohnen, von 1. Maji biß 1. Octobr. des Morgens um 7. Uhr an- und des Abends um 5. Uhr abtreten, und die übrige Zeit als vom 1. Octobr. bis den 1. Maji ingeſamt des Morgens um 8. Uhr zum Dienſt erſcheinen, und des Abends um 4. Uhr davon abgehen. Meridiano tempore una hora quieti eorum detur. *Receſſ. Saltzthalumenſis* §. 1. Ultra determinatum operarum modum & numerum, domino ſervitia præſtare, nec cogi poſſunt, *b* nec ut rogati faciant, rebus eorum ubique conſulit, niſi proteſtatione ſe muniant, ſe illud non ex debito, ſed civilitate facere. STRYK. *diſſert. de civilit. nociva c.* 2. §. 12. Non tamen ſolent hæ operæ plane eſſe gratuitæ, ſed caſei & panis quid laborantibus porrigitur, quanquam

Herrn darunter nichts vorzuſchreiben, ſondern ſie ſind ſchuldig, ſolche Dienſte, wann der Guts-Herr es befiehlet, im Jahr ein oder mehr lange oder Statt-Fuhren, wie es hergebracht und herkommens, zu verrichten. Einige Guts-Herrn ſind auch in Poſſeſſion, daß ihre Leute weit auſſer Landes fahren müſſen, wobey es dann billig gleichfalls ſein Bewenden hat.

b Peculiare quid hic in epiſcopatu Osnabrugenſi in hominum propriorum liberis locum habet. Vid. Osnabr. Eigenth. Ordn. *l. c.* §. *10. 11.*

quam nonnullis in locis, ut in Holſatia, hoc in deſuetudinem abierit, aut horum alimentorum defectus certa cereviſiæ & frumenti quantitate compenſetur. Durum videtur, miſeris illa plane ſubtrahere velle, nec locus ex vita Meinwerci §. 44. hoc mere gratuitum eſſe, evincet. Etenim ex eo tantum pateſcit, Meinwercum a duritie temporum atque iniquitate aliorum diſceſſiſſe.

§. XXXII.

Ad operarum indeterminatarum, & extraordinariarum claſſem in ducatu Magdeburgico vectiones, ad nobilium ædes exſtruendas, aut reficiendas, referuntur. Sonſten ſollen die Unterthanen, über ihre ordentliche Dienſte, zu denen von Altershero befindlichen Gebäuden der Ritter-Güter, ſie mögen mit den Ritter-Sitz unter einen Dache befangen ſeyn oder nicht, die benöthigten Baufuhren und Hand-Frohnen zu thun verbunden ſeyn. Wann aber die Beſitzer der Ritter-Güther neue Wohnung und Vorwergs-Gebäude an denen Orten aufführen, wo vor alters keine geweſen, ſo ſoll unſere Magdeburgiſche Regierung jedesmahl ermeſſen, wie lange und was maſſe die Unterthanen diſſfals zu dienen ſchuldig ſeyn ſollen; Zu denen Gebäuden aber, ſo auf des Ritter-Guths Grund und Boden nicht belegen, ſind die Unterthanen weder Pferde- noch Hand-Dienſte zu leiſten ſchuldig, ſondern damit allerdings zu verſchonen. *Ordinat. Polit. Magdeb. c. 32. §. 8.* CARPZOV. *P. 2. conſtit. 52. defin. 6.* Monendum, ſententiam illam, qua ſtatuitur, ruſticos,

advehendam materiam, ædificandis domibus aptam, generaliter devinctos, ad illam quam horrea, ſtabula, granaria, ovilia requirunt, eodem modo procurandam, non teneri, aliquos benignitati interpretationis magis, quam juris rigori convenientem credere, licet contrarium placeat RICHTERO *in int.* 2. *conſiliorum.* Spectant etiam huc indefinitæ operæ **Brücken-Mühlen, Währ und Straſſen-Frohnen**, quibus annumerantur operæ, quæ exſtruendo aut reparando templo ſunt præſtandæ, a quibus ruſtici ſe eximere non poſſunt LYCNK. *reſol.* 118. Caveant autem illi, quibus indeterminatæ operæ debentur, ne boni viri arbitrium in iis exigendis excedant. Nam iniquitati eorum princeps, ex facultate, qua pollet, curandi, ne quis re & jure ſuo abutatur, modum ponere poteſt. *Conſtit. Electoral. Sax. Auguſt. de an.* 1555. *tit.* **von Bau-Fuhren.** LYNCKER *reſol.* 118. Imo iniquarum aut indebitarum exactorem agreſtes actione injuriarum, aut legis Aquiliæ convenire poſſunt LYNCK. 594. Cæterum de remediis variis, ruſticis adverſus iniquitatem domini competentibus, ex profeſſo agit ENGELBRECHT *l. c.* §. 107. *ſqq.* de operarum, quæ ruſticis incumbunt moderatione, vid. ZEILERI **Baierſche** *præjudicia p.* 112. ERTELS **Nieder-Gerichtsbahrkeit** *lib. l. c.* 7. *obſ.* 28. & *ejusdem* **Adels-Freyheiten** *obſ.* 25. *p.* 249.

§. XXXIII.

Nimis durum puto, ſi ruſtici in præbendis operis aliquatenus negligentes ſunt, eos illico prædiis, quibus inhærent

rent privare. Miſerorum excuſationibus locus relinquendus. Quid in Bavaria liceat, ex *deciſione Bavarica* 66. pateſcit, *a* privatio autem hæc nullo modo locum habet, ſi operas extra territorium vel diſtrictum domini præſtare recuſant, *deciſ. Bavar.* 67. 72. niſi pacto, aut conſuetudine ad has præſtandas ſint obligati. Sic & ruſtici operas, quas locare volunt, domino primum offerre non tenentur. *Deciſ. Bavar.* 69. Jus enim prælationis, ut ſingulare, non præſumitur. Porro ruſtici, qui operas præſtiterunt, ut alias adhuc, accepta mercede, præſtent, cogi non poſſunt. Porro, qui operas excubiarum dominico debent caſtro, ut eas etiam ad cuſtodiendos captivos præbeant, obſtricti non ſunt regulariter. *Deciſ. Bavar.* 81. *p* 1251.

§. XXXIV.

Quidni extraordinariis annumeraretur opera illa, quam

a Quomodo circa præſtandas operas contumaces corrigendi ſint, traditur a WEIXERO *part. II. diſſ. 32. n. 8.* & WISERO *lib. I. obſ. 4. n. 9.* In dubio pro operis eſt præſumtio, & ruſticus, qui ſe ab iis liberum aſſerit, ſuam probare debet libertatem. ERTEL von der Nieder-Gerichtsbahrkeit *lib. I. c. 7. obſervat. 31.* Ab operis in ducatu Brunſvicenſi & epiſcopatu Hildeſ. homines Pröbſtdingici liberi ſunt. Vid. *ſtatuta Olsburgenſia:* Attamen domino, cui ſubſunt quotannis quatuor vicibus operas, quæ Burgveſte appellantur, præſtare coguntur: Twe dage in Ruven i. e. tempore meſſis, un twene Tage in bloten i. e. extra eas. Non autem ab operis exemti ſunt meierdingi, lati, hægermanni, voigtingi. Freimanni in archi-præfectura Guelpherbytana & præfectura Peinenſi a conſuetis operis videntur liberi, niſi quod omni anno ſedecim lignorum vecturas ad Vogtiam Bedmar, & ſedecim ad Vogtiam Dungelbeck e communitatis Woltorfenſis ſilva advehere teneantur. *Rel. de freimannis eorumque bonis §. 7.*

quam innonnullis præfecturis Guelpherbytanis novi nupti præfecto exhibere tenentur, ſcilicet prima, a nuptiis conſummatis, die coram ipſo ſaltare debent, quod in præfectura Warbergenſi, Bardorfenſi, & prædio nobili Swulpſtett, magni CONRINGII quondam Tuſculano, obſervatum dicunt. Solet autem hæc opera pecunia redimi.

§. XXXV.

Operarum origo non jurisdictioni, *a* ſed antiquo nexui, quo ruſtici dominis erant devincti, a quo deinde ſub lege operarum dimiſſi, tribuenda. Longo tamen uſu Germaniæ nonnullis in locis obtinere, ut jurisdictioni quaſi cohæreant operæ, diffiteri non poſſum. *b*

§. XXXVI.

Omnes itaque ruſtici ſive cenſitæ, ſive emphyteutæ, ſive

a Jus enim dicendi facultas, ejusmodi operis non eget. Suſpicor autem, opinionem, quod jurisdictioni operæ debeantur, inde enatam, quod domini prædiales ſæpiſſime etiam fuerint domini jurisdictionales, quia in patria noſtra jurisdictio ſolet eſſe patrimonialis, & cum deinde viderent, operas exhiberi illi, qui jurisdictionem exercebat, eas jurisdictioni deberi, ſibi perſuaſum habuerunt. Itaque regulariter tantum domino proprietatis ſunt præſtandæ KNICHEN *P. 2. de pact. veſtit. c. 3. n.* 29. MÖLLER. *II. ſemeſt. 32. n.* 1. WESENBEC. *conſil. 40. n. 2.* LYNCKER. *reſol. 113.* Quod ſi vero plures ſint in pago quodam domini, qui ſibi operas deberi contendunt, ſaltem ei præſtandas, qui in eorum quaſi poſſeſſione eſt, donec alter contrarium probaverit, docet CARPZOV. *p. 2. conſtit. 52. definit. 8.*

b *Duc. Magdeb. ordinat. polit. c. 32. §. 4.* Aliquando etiam pacto & præſcriptione operas deberi, affirmat ENGELBRECHT *de operis ruſticorum §. 28.*

Digitized by Google

ſive villici *a* aliique, prædia, ejusmodi oneribus obnoxia, poſſidentes, nec immunitatis privilegio gaudentes *b* ſe ab operis eximere *c* non poſſunt.

§. XXXVII.

a Dn. a LVDEWIG, OLDENBVRGERI opinionem, quam habet. *in itin. Germ. tit. 5. §. 13.*, ſequens, aſſerit, villicos ſive meieros ab operarum præſtatione eſſe exemtos; ſed huic aſſerto tot conſtitutiones, imo ipſa experientia refragantur.

b Poteſt etiam quis ab operarum præſtatione præſcriptione liberari, ſi requiſitus contradixerit, nec deinde operas præſtiterit, atque ſic absque nova admonitione triginta anni lapſi ſint. Quod ſi enim domino poſſeſſio non interverſa, nec præſcriptioni immemoriali hic locus eſt, cum exactio operarum ſit res meræ facultatis CARPZ. *p. 2. conſtit. 52. def. 12. Dom.* LYNCKER. *reſol. 36.* In dubio autem præſumtio eſt, ruſticos eas operas debere. Enim vero ex illorum ſtatu, de quo ſupra monuimus, hæc præſumtio profluit.

c Moris eſſe ſolet, ut ruſtici ad operas præſtandas excitentur, quem in finem villicus. Der Hoffmeiſter oder Vogt adhiberi ſolet. Eſt enim penes dominum prædialem, hujus, vel illius operas, in hanc vel illam ſeptimanæ diem exigere. In diebus feſtis ab illis ſunt liberi, niſi neceſſitas aliud requirat. Æquitati tamen ſtudeat & miſericordiæ, cui operæ præſtandæ, illudque, quod in *rec. Saltzthal. traditum*, in recenti ſemper habeat memoria: Damit gleichwohl die armen Leute das Ihre auch beſtellen und einbekommen, auch jedesmahl ſo wohl in- als auſſerhalb der Saat- und Erndte-Zeit auf einmahl derſelben nicht mehr beſcheiden, als zu Verrichtung der Arbeit nöthig, und daß wegen ihrer Vielheit einer den andern nicht verhindere, und ſie immittelſt vergeblich auffwarten, und das Ihre verſäumen. Ex quo autem operæ indictæ ſunt, illas redimere non amplius liberum. *Receſſ. cit. §. 1.* Quod autem fieri poſſe, opinor, ſi ruſticus morbo, ſenio, aliaque corporis imbellicitate gravis, nec ſubſtitutum habere queat, aut ſi equos bovesque vi hoſtili, vel peſte amiſerit. Præbetur hic occaſio, ventilandi quæſtionem, an ruſtici contra domini voluntatem vices ſuas alii committere queant. Hoc regulariter fieri non poſſe, imprimis ubi ſingularis cujusdam peritia & diligentia nota, quæ in ſubſtituto deſideratur, arbitror. Quod ſi vero perſonæ æque idoneæ vices ſuas commiſerit, hæc a domino, absque æquitatis læſione, reprobari non poteſt. Ejus enim nihil intereſt, per quem operæ præſtentur, modo perficiantur, uti oportet.

Digitized by Google

§. XXXVII.

Præter operas & aliæ ſunt ruſticorum præſtationes privatæ, in pecunia, aut rebus aliis conſiſtentes, quæ itidem varietatem ex vinculo clientelari poſſeſſionibusque induunt. Debentur autem vel continuo & determinatis temporibus, vel certis tantum in caſibus. Priores ſunt canones & penſiones, quæ a cenſitis *a* emphyteutis *b* villicis, qui voce, ex

a Canon, quem ſolvit cenſus homo, eſt vel conſtitutivus, vel reſervativus, prout ab alio prædium, reſervato ſibi ſaltem cenſu, eſt translatum, aut ſub hac lege conceſſum, aut conſtitutum interveniente contractu. Quoniam itaque aliquibus in locis plenum dominium eſt penes cenſuarium, ibi non æque ut emphiteuta, ob non ſolutum canonem, prædio privari poteſt, ſed adverſus illum, ad obtinendos cenſus, aut ad pœnam contumaciæ agi poteſt. E contra ruſtico quoque adverſus patronum, cenſum ultra fas augentem, ſua competit actio. *Vide plura apud* LEISERVM *in jure Georgico lib. I. c. CXVIII.* RHET. *in diſſert. de cenſu fundo cohærente.* HORNIVM *in jurisprud. feudali c. 2. §. 16. ſeqq.* Penes quem & quæſtio pertractatur, an res in dubio cenſualis, an vero emphyteutica præſumatur.

b Emphyteutici canonis quantitas convenientibus legibus, aut moribus innititur, ſoletque eſſe major cenſu, & minor penſione conductoris. Idem & in ſolario, (Boden-Zinß) quod ſuperficiarius præſtat, obtinere ſolet. Rigidum ſane circa canonem emphyteuticum videtur eſſe jus civile, in emphyteuſi eccleſiaſtica ultra biennium, & in ſeculari intra tiennium non exſolventem emphyteuſis amiſſione mulctans, a quo rigore nec ruſticum, cum peritiores conſulere potuerit, immunem eſſe, dicunt. FRANCISCVS FVLGINEVS *de jure emphyteutico p. 291.* Arbitror tamen, hic merito judicis arbitrio aliquid eſſe concedendum, & inprimis, antequam bonum emphyteuticum ruſtici ex hoc capite in commiſſum cadere queat, ſententiam judicis declaratoriam requiri, quam alias hic non neceſſariam eſſe volunt aliqui. Vid. FVLGINEVS *lib. 2. p. 258.* BRVNN. *ad tit. Cod. de jure emphyteutico.* Alia hac de re addere merito ſuperſedeo; Inſtituti enim ratio, tam circa illa, quæ ruſtici cum aliis communia habent, quam & circa illis propria, me brevem eſſe, jubet. Interim conſuli poſſunt,

Digitized by Google

ex Germanico in latinum corrupta idioma meiri dicuntur chur-

poſſunt, præter FVLGINEVM, VELASCVS *in quaſt. juris emphyteutici*, IVLIVS CLARVS *de eodem argumento cum annot.* HARPRECHT. *aliique quos citat.* LIPPENIVS *in bibliotheca reali juridica.* Spectant huc conſtit. ducal. de ann. 1696. & 1704.

Meieriorum mercedem, quæ ab antiquioribus Germaniæ temporibus repeti poteſt, varietas, quam ratione qualitatis, æque ac quantitatis ſubit, uni includere definitioni non patitur. In quamplurimis locis ſatis magna præſtatur, ſic ut domino a LVDEWIG, majorem requirenti, aſſentiri nequeam. Exhauſtos fere ubique habemus ruſticos, quibus vix neceſſaria ſuppetunt alimenta. In cauſas hujus mali curatius inquirere, temporis ratio non ſuſtinet. In ducatu Brunſvicenſi ab unoquoque jugero (Morgen) modius (Himbte) frumenti ſolvi ſolet; quidam tamen pro tertia parte, ob agros ſteriles (der Brache halber) ab hoc onere ſunt immunes. Neque ubique idem frumenti genus præſtatur. Nonnulli enim non niſi ſiliginem, alii cum eo etiam hordeum, & avenam præbere tenentur. Sic de prædio, centum jugera continente, quadraginta modii ſiliginis, tot quoque modii avenæ præſtari ſolent. Conſtit. Rudolphi Auguſti de anno 1652. jubet ne in præſtando canone majoratico mora committatur. Quemnam domini, ratione reſtantis cenſus in concurſu creditorum locum habere debeant, Antonii Ulrici conſtit. de an. 1707. traditur. In codicillis majoraticis (Meyerbrieff) de anno 1699. ab amico quodam communicatis habetur: Und woll ; gemeldeten Stiffte (St. Blaſii zu Braunſchweig als ſeinem ungezweiffelten Gutsherrn, jährlichen zwiſchen Michael und Martini, unangefodert von den fünff Hueffen Landes, ſo auff dem Beierſtäter Felde belegen, Rocken fünff Scheffel, Habern fünff Scheffel lange Maaß, gleichwie es von Alters her gebräuchlich geweſen, an guten reinen Marckgängigen Korn zu geben, und auff des Stiffts Korn-Haus in Braunſchweig zu lieffern. Regio-Ducalis Julia noſtra a meieris ſuis itidem non unius generis mercedem percipit. Sunt qui ex quatuor manſis ſolvunt einen Scheffel, 8. Himbden Weitzen, 7. Scheffel, 2. Himbden Rocken, 2. Scheffel, 4. Himbden Gerſten, und 7. Scheffel 2. Himbden Habern; alii ex duobus manſis 9. Himbden Weitzen, 3. Scheffel, 6. Himbden Roggen, einen Scheffel, 2. Himbden Gerſten, und drey Scheffel 6. Himbden Haber. Cum itaque tam debiles meierorum plerorumque ſint facultates, nullo reſpectu habito ad antecedentes, aut inſequentes annos opimiores, ut eſt in locationis contractu ex jure Romano, illis, ob malum aliquod gravius, fruges affligens, aut penitus conſumens, penſionis remiſſio, ſecundum æſtimationem eorum, qui damnum contemplari jubentur, concedi ſolet. *Receſſus Gandersheimenſis de anno 1601. §. 28.* Auguſti edictum de ann. 1660. Rudol-

Digitized by Google

churmedis *d* latis, *e* aliisque ejuſmodi generis ruricolis

dolphi Auguſti & Antonii Uldarici conſtit. de ann. 1696. Antonii Ulrici declaratio de ann. 1710. Auguſti Wilhelmi edictum de de ann. 1721., quid circa cenſus majoratici remiſſionem obſervandum ſit, jubet. Si ſumma frugum eſt penuria, nec meieri habent, unde alimenta pro ſe pecoribusque ſuis, nec non grana ad colendos & conſerendos agros neceſſaria, comparare poſſint, domini, die Guts-Herrn, iis auxilium ferre, ſunt obſtricti. Conſtitutio Antonii Ulrici de ann. 1694. Quid in æſtimatione damni accepti per electoratum Brunſvicenſem obſervandum ſit, hodierni Britanniarum Regis conſtit. de anno 1701. d. 18. April. & 24. Sept. decernunt. Quod ſi vero non talia incommoda mercedem remorentur, imminuant, aut plane tollant, ipſe dominus prædialis, ruſticum, in quem jurisdictionem habet, ſi intra diem Michaelis & Martini canonem non exſolvat, ad illud mit Auströſchung, Auspfandung, und andern üblichen Zwangs-Mitteln cogere poteſt, eum autem, qui ſub præfecturæ cujusdam jurisdictione eſt, ut coram competente judice intra diem Michaelis & Martini admonitum, primo conveniat, neceſſum eſt.

d Vid. MEISCHNER *lib. I. cameralium deciſ. 22.* & qui eum citat domin. a LUDEWIG *de jure clientelari Germanorum ſect. 3. c. 6.*

e Latos a penſione non eſſe exemtos, & in epiſcopatu Hildeſienſi præſtare teneri, Laten-Zins, Seel-Korn, Thomas-Habern und andere Unpflichten, jam tum ſupra dictum. E numero præſtationum privatarum, quæ certis anni temporibus exhiberi debent, ſunt gallinæ, quæ Germanis Rauch-Hüner dicuntur. Contendunt JCti, eſſe hoc ſignum jurisdictionis altæ ſive meri imperii, SCHEPLITZ *ad conſuet. Marchicas P. 2. tit. 5. n. 6.* COTHMAN. *Conſil. 42. n. 33. ſeqq.* & jocantur, quia gallinæ in altum nituntur, ut ibi requieſcant, propterea altitudinem juris ſignificare. Aſt, quoad veram originem, nihil aliud eſt, quod adjumentum culinæ dominicalis, quam, ex veteri apud Germanos vita, vinculo ſubjectionis dominis obnoxii, offerre tenebantur. Et cum hi plerumque in homines proprios, & in eorum locum ſuccedentes merum imperium habebant, nonnullis in locis altæ jurisdictionis ſignum reputantur. Gallinis ſæpe etiam ova & pennæ, ad ſcribendum aptandæ, jungi debent. Pertinent huc quoque, quæ *in receſſu Saltzthal. de anno 1597. §. 9.* inveniuntur: So viel Mey- und Herbſtbete, fette Kühe, Herings-Lichte-Voigt- und Tröſcher-Geld, auch dergleichen in etzlichen Aemtern von Alters hergebrachte ſtehende Renthe belangend, ſoll es an den Orten und bey den Leuten, alda und bey welchen es vor 30. Jahren von Anno 86. zurück zu rechnen, damit alſo gehalten worden, auch hinführo dabey bleiben, gleichwohl aber künfftiglich nicht erhöhet, vielweniger an

lis *f* debentur; poſteriores vero laudemium, mortuarium, aliasque præſtationes, quæ plerumque a præfecturis exiguntur, comprehendunt.

X 2

§. XXXVIII.

an andere Oerter, oder auff mehr Leute alda, und bey welchen es vor 30. oder mehr Jahren nicht hergebracht, extendirt, oder wenn dawieder gehandelt werden ſolte, von den Hoff= und Land=Räthen ungeſäumt abgeſchaffet werden. Hiſce accedit pecunia, qua agricolæ onus, findendi in præfecturis ligna, redimunt, ut &, quod nonnullis in locis brumali tempore ovium gregi, qui ad præfecturam ſpectat, ſinguli una per annum nocte in prædiis ſuis ſiliginea ſtramina, in pabulum, præbere teneantur.

f Freimanni olim duos agnos, ut ſubſidium culinarum Guelpherbytam, & duos Peinam afferre cogebantur. Ii qui in Woltorſio, epiſcopatus Hildeſienſis pago, habitant, quotannis circa Michaelis feſtum pro quovis jugo, Morgen, quod ſiligine, aut tritico conſitum, quatuor, & pro tribus jugis, quibus hordeum, aut avena commiſſa groſſum, pro quovis equo, vel vacca quatuor nummos pro ove groſſum marianum, pro agno quatuor nummos, pro ſingulis pecoribus minoribus i. e. plumatis nummum præfecturæ Guelpherbytanæ ſolvere debent. Hægermanni cenſum, qui Erben=Zins vocatur præſtare tenentur. Si non præſtant, quæ præſtare debent, bonis cadunt. Vid. *protocollum judicii hægerici Amelunxborn. Weſterbracenſis. Gandersheimenſis.* De cenſu, quem pröbſtdingi ſolvere ſunt obligati, ſequentia in ſtatutis Olsburgenſ. leguntur: Thom andern, ſau ſind ock dei Probſtdings=Männer mit öhren Kindern un Pröbſtings=Gute, wo me dat benemen mögte, dienſtfrie, allene dat de Probſtie=Männer den Herren, den Pröbſten, und den Decken tho Olsborg von öhrem Gude de Tinſe geven, nömelick van der Hove Landes over der Fuſen einen Brunſwickſchen Vörding, of düſſe Siet der Fuſen ein Punt Geldes, dartho of dat Hues Lichtenberg Verbedings=Geld, van der Hove Landes twe Himten Habern, un twe Schilling nie Brunſchwickſche. Quidam probſtdingorum præpoſito & decano aliquando nummario cenſu ſunt obnoxii. Si penſio intra tertium annum haud ſolvitur, ſollen alle ihre Pröbſtdings=Güter matt und ſtille liegen, und den Herren Probſten eine Straffe von 10. Gulden gefallen ſeyn, und den Noten ein Faß Bier. Si cenſus debitus die dominica prima poſt Michaelis feſtum non exhibetur, ſo mögen unſere Herren durch den Vogt pfänden laſſen. Meierdingi itidem canonem præbere ſunt obſtricti, & ſi eum intra tres annos præſtare negligunt, atque interpellati non ſolvunt, ſequeſtro, quod vocant, agri ſubjiciuntur & ſi meierdingus nihilominus eum præſtare ceſſat, pigno-

Digitized by Google

§. XXXVIII.

Laudemium a nobis hic in generaliori ſumitur ſignificatu, quatenus denotat negotii denuo initi, aut reſtaurati ſignum, ab eo, cujus magis intereſſe videtur, rem eſſe perfectam, ſolvendum. De verbi barbari origine jam non ſimus ſoliciti, conferri poſſunt hic FRANZKIVS *de laudemiis p.* 20. 21. SCHEPLIZ *in promt. jur. p.* 45. *&* *de* LVDWIG *l. c. p.* 407. Solet quoque vocari relevium, licet, hoc in ſenſu ſtricto ab illo differre, SCHILTER *in diſſert. de bonis laudemialibus* notet. In vernacula dicitur Lehnwahre, Hand-Lohn, Weinkauff vid. FRANZKIVM *l. c. c.* 1. *circa finem.* Neſcio, quare Hallenſium JCtus *pago Brunſvicenſium*, ut loqui amat, *invinio, ubi Bachi deliciæ exulant*, nomen Weinkauff invideat. Fateor, Suevica vina penes nos in haud magno unquam fuiſſe pretio, Rhenana tamen ſunt, aliaque, quæ a ruſticis territoriorum Brunſvicenſium redimi potuerunt, ut illo tempore, quo inter pocula, ad majorum morem, negotium celebrabatur, aut reiterabatur, adponi potuerint. Illi enim, cui obſequium vel reverentia debetur; aut à quo beneficium aliquod, aut gratia expectatur, aut ob acceptam lautior offertur potus, & hic mos etiam num inter ruſticos Saxoniæ noſtræ viget, ubi ſpatium datur, tale quid ex vicinis

pignorationi locus; quod ſi vero hæc quoque in moroſum nihil valet, agri in commiſſum cadunt. Solet tamen deinde quoque poenitentiæ locus relinqui. Vid. *decad. obſervat. de quibusd. jurib. ſingular. in epiſcopat. Hildeſ.* Solvunt quoque aliqui meierdingi, in ſignum ſervilis, aut libertane condeſtanas, das Hals-Hubn. Vid. Dn. STRVBII *tractat. de bonis meierdingicis p.* 198. 199.

cinis petendi urbibus. Veritates itaque Ironicæ ſunt, leges hic vini adparatum mentiri. Sumitur autem a nobis vocabulum laudemii hic, ut monitum, in illa latitudine, prout denotat ſignum negotii perfecti, quod adhibere placuit, ut in illis bonis, ubi dimidiatum penes clientem eſt dominium, ei utile tantum adeſſe, in iis vero bonis, ubi coloni plane non ſunt partes in dominio, aut ex aliqua ſaltem parte ejus eſt ſubjectum exiſtentiæ, in teſſeram eſſet, non immutatæ bonorum naturæ. Spectant huc quæ habet FRANZKIVS *de laudemiis c.* 2. *p.* 25. Ceterum ne anſa errori præbeatur, notandum, laudemium non deberi in caſu, quo dominus rem allodialem in emphyteuſin concedit, aut ſi prima vice feudum conferatur, ſed tantum, cum emphyteuta, conſulto domino, alienet, aut inveſtitura feudalis repetetur. RICHTER *conſ.* 1 *p.* 3. FVLIGINEVS *de laudemiis qu.* 14. *q.* 386. Ruſtici quoque a laudemio non ſunt immunes, licet dominus eis facultatem, alienandi bona emphyteutica, conceſſerit. *H.* PIST. *quæſt.* 87. *n.* 6. Moribus noſtris laudemii jus ab emphyteuticis bonis ad feudalia, cum jure feudali communi in feudis laudemium ignoretur, cenſualia & alia plura extenſum eſſe, dicunt. Quod ad quantitatem ejus attinet, ex L. ult. C. de jure emphyteutico quinquageſima pars pretii a novo emphyteuta ſolvenda erat. Hodie mores hic variant, plerumque quinque pro ſingulis centenis, quandoque & decem domino directo, ſi emphyteuſis in extraneum, nonullis in locis etiam, quando ad eum, cui ſucceſſio legalis competit, transfertur, præſtari debent CARPZOV. *p.* 2. *c.* 38. §. 11. STRVV. *jurisprud. Rom. Germ. forenſ. lib.* 2. *tit. XII.* §. 10.

In ordinatione politica Magdeb. c. 28. ſtatutum: Daß die Lehn-Wahre (von den Zinß-Güthern) hinfürder, nach Verordnung gemeiner Rechte, nur in den Fällen, da ſich dieſelbe zu nehmen gebühret, als wo die Güther verkaufft, oder verwechſelt, oder gemachter Schulden halber darein verholffen, und der Kauff-Wechſel oder Hülffe durch adjudication würcklich vollzogen, und nicht höher, dann von Funffzig Gulden einer ſoll genommen werden, wann aber die Lehn-Herren oder Lehn-Leute verſterben, oder ſich ſonſten Veränderungen zutragen, ſo ſoll es wie gebräuchlich, bey doppelten Zinſen, ſo viel ſolche Güther zu geben pflegen, bleiben. Quæritur hic, quid obtineat, ſi diverſitas ſit ratione quantitatis laudemii in loco domicilii domini directi, & in loco rei ſitæ emphyteuticæ? & reſpondetur; tunc reſpiciendum eſſe ad illud, quod uſu receptum, in illo loco, ubi res emphyteutica ſita. Nam cum hic potiſſimum in quæſtionem veniat ipſa res emphyteutica, merito ex illius affectionibus etiam extrinſecis, quantitas eſt determinanda. Quod ſi vero laudemium difformiter exactum, conſuetudo nulla induci poteſt, ſed ex ſententia doctorum ad jus comm. recurrendum BOERIUS *deciſ.* 132. *n.* 4. COLERUS *P. E. p.* 1. *c.* 3. *n.* 39. De laudemio *in receſſu Saltzthalumenſi* §. 29. *hæc habentur:* Die Lehn-Wahre belangend, wird es denen, ſo ſonderliche Gedinge, wie auch denen, welche die nechſten drey Fälle gleichförmige Lehn-Wahre gegeben und angenommen haben, dabey ſo wol zu Hofe, als bey denen von Adel im Fürſtenthum, wie denn auch ſo viel die Lehn-Wahre bey Hoffe belangend, auſſerhalb itzt ermeldter beyder Fälle, bey der von mehr hoch-

hochermeldten Fürſten, Hertzogen Heinrich den Jüngern gemachten, und ſeithero ingemein gebrauchten Lehn-Tax, den Affter-Lehn-Leuten aber, ſo den von Adel Lehn-War zu entrichten ſchuldig, auſſerhalb oberwehnter beyder Fälle es bey nachfolgender Tax billig gelaſſen: Nemlich von einer Hufen Landes, wenn es gut Acker iſt, Fünff Thaler, wenn er aber nicht gar gut iſt, drey oder Vier Thaler, von einen Zehenten der dritte Theil eines Jahres Aufffunfft, von einer Marck Geldes einen Orts Thaler, von einen Brunswigiſchen in Lehn-Brieffe verſchriebenen Scheffel Korns, einen halben Thaler, von einem Koth-Hofe, da nichts bey iſt, einen halben Thaler, da aber etwas bey iſt, nach Vielheit deſſelben 3. Orts Thaler, einen Thaler, 5. Orts Thaler, oder anderthalben Thaler. Dabey denn auch in acht zu nehmen, daß von den Gütern die einer in Lehn-Brieffe, aber nicht ſelbſt, noch durch Affterlehen-Leute in Beſitz hat, weder bey Hoffe, noch von den von Adel einige Lehn-Wahr zu nehmen ſich gebühret. In Bavaria laudemium, de feudo ignobili, pendendum, in ſingulos centum florenos quinque complectitur. *Jus provinciale Bavaricum tit.* 12. *art.* 8. Differentia inter laudemium emphyteuticum, & feudale potiſſimum in eo conſiſtit, quod in emphyteuſi illud regulariter non niſi res vectigalis ad extraneum transferatur, in feudo vero, ubi novus dominus directus aut vaſallus exiſtit, præſtandum. Vid. HARTM. PIST. *l.* 1. *qu. ult. n.* 16. Solet quoque in conductione decimarum laudemium præſtari. Eſt autem plerumque laudemium in ipſa inveſtitura ſolvendum. *Edictum Electorale Brunſvic. de an.* 1691. Et licet in literis inve-

inveſtituræ nulla ejus facta mentio, debetur tamen, modo ibi locorum uſu ſit receptum. Poſſe tamen triginta annorum præſcriptione jus petendi illud tolli, autumo, ſi domino alienatio non ſit ignota. Per tantum enim temporis tractum ſilens, juri ſuo renunciaſſe creditur. ANT. ACAC. *de* RIPOLI *variar. reſolut. c. 7. n.* 395. Quod autem ad meierorum præſtationem laudemialem attinet, in renovatione contractus villicalis, quæ omni novennio in Guelpherbytano territorio fieri debet, exhibendam, bey Verluſt der Meyerſtatt *Conſtitutio Rudolphi Auguſti & Antonii Ulrici de anno* 1703. *d.* 21. *Junii*, *de illa in receſſu Saltzthalumenſi* §. 19. *hæc traduntur.* Daß die Meyer nach Verflieſſung Neun Jahren die Güther von neuen Meyerweiß annehmen, und an den Ort, da der Acker, Guth, und Zinſen nicht alzu hoch, von jeder Hufen einen Reichsthaler, von andern aber nach Gelegenheit einen halben oder Orts Thaler dem Guths-Herrn vor die neue Meyer Zettul zu Weinkauff geben ſollen. *Corp. conſtit. elect. Brunſvic. part. IV. c.* 6. Ubi autem renovatio non obtinet, laudemium ad majorem aſcendere ſolet ſummam. Sic in comitatu Lippiaco ſunt, qui trecentos & amplius thaleros ſolvunt. Poteſt tamen tempus renovandæ inveſtituræ ex conventione partium brevius ſtatui, quilibet enim juri, pro ſe introducto renunciare valet, modo illud non in contemtum & fraudem legis fiat. Præterea hic, æque ac in ſubfeudis, pro diplomate inveſtituræ conſcribendo, pecunia quædam præſtanda eſt, quæ vocatur das Meyer-Brieff-Geld. Laudemium inveſtituræ annexum eſſe ſolet, & cum in Clivicis terris Curmedi inveſtitutæ ritu ſuccedant,

Digitized by Google

cedant, ideo ab iis haud dubie aliquale etiam laudemium ſolvendum erit. *Dominus de* LVDEWIG *l. c. ſect 3. c. VI. §. IX.* Sic & in Geldria & Clivia in renovatione rei laſſiticæ laudemium præſtari *ex* SAND *c.* I. *de feudis Geldriæ n.* 35. *&* MELCHIOR VOET. *hiſt. Cliv. pag.* 90. *n.* 273. conſtat. In laſſiticis a Hildeſienſium terris etiam laudemium requiritur, ſi laſſiticum bonum ad heredes teſtamentarios, aut ad extraneos alienatione devolvatur; heredes vero ab inteſtato a laudemio ſunt immunes, excepto ædificio (Pfalſtidde) de quo omnes idem præſtant. Ceteroqui ex teſtamento ſuccedens dimidium ſaltem arrhæ præbere tenetur, quod ab extraneo exigitur. Sunt enim ab hoc ordinaria, ut vocantur, jura præſtanda: Vor eine Morgen Acker Landes dem Laetherren 6. gr. von der Haus- oder Pfalſtidde 1. thl. dem Landesfürſten ins Gerichte 5. Körtl. dem Amtmann und Amtſchreiber jeden 3. gr. dem Laetgräven 1. gr. dem Vogt 1. gr. jedem Beyſitzer 4. gute Pf. und jedem Urtheil träger 4. gute Pf.

§. XXXIX.

De Mortuario Haupt-Recht, Todte-Hand, Weide-Mahl, Baulebung, Buwleninge, Buwdelinge, multa notatu digna habet SCHOTT. *c.* 2. *Conf. quoque du* CANGE *in vocab.*

a Non ſolum de hægermannicis, ſed & meierdingicis bonis, quoties oppignorantur aut alienantur laudemia ſunt præſtanda. Vid. *protocoll. judic. hægerm. Weſterbrok. Amelunxborn. & Gandersh.* & celeberr. (*Gæbel de Jure Ruſtic.*) STRVBIVS *de bonis meierdingicis §. 7. p. 186. 190. 191.* De hominum propriorum in epiſcopatu Oſnabrugenſi laudemiis, ſive Weinkauff, vulgo Auffarthen, vide Eigenbehörungs-Ordnung. *C. V.*

Digitized by Google

cab. Curmed & mortuarium BESOLDUS & WEHNER *in vocabulo* Baulebunge, Hauptfall. HARPRECHT *de Jure mortuario.* MEIND. *diſſ.* 1. *de J. C. p.* 19. Jus hoc luctuoſum, denato ruſtico, optimum ſæpe pecus, conjuge vero ejus mortua, veſtimentum optimum, aut etiam lectum domino adſcribit. Præſtatur enim ex prædiis litonicis, quocunque demum jure habeantur. Ex emphyteutico fundo alicubi etiam dominum optimum emphyteutæ pecus, equum vel bovem requirere ex MAGERO *de advocatia armata c. 6. n.* 755. LEISERUS *in jure Georgico lib.* 1. *c. XV. n.* 39. docet. Curmedica bona huic oneri ſubeſſe ex LUDEWIGIO *l. c. ſect.* 3. *c. VI. n.* 2. pateſcit. Subſunt quoque ei hægermannica *a* & meierdingica *b* bona. De praxi hujus juris in ducat. Brunſv. SCHOT-

a In protocollo judicii hægermannici Weſterbrackenſis hæc habentur: Erkannt: Wann ein Hägermann nicht zu gebührender Zeit die præſtanda præſtirte, wäre er ſeiner Güter verfallen. Ad quæſt. 6.: Wenn einer ſeinem Häger-Juncker die Köhr ſchuldig, wie bald er dieſelbe geben ſolle? R. Müſſe innerhalb vier Wochen dem Häger-Juncker verſprechen, und in Jahr und Tag den völligen Köhr ausgeben. Et ad quæſt. 7.: Wenn der Fall von Häger-Gütern kome, was ſo dann der Köhr ſeyn ſoll? Erkant: Von ganzen Köhr als einer Hueffe Landes, eine Kuh, wenn es ein ganzer Meierhoff, ſey es ein Pferd, nechſt den beſten, von einer Kotbe aber eine Kuh, nechſt der beſten. Deinde additur: Wann der angeſchriebene Häger-Mann ſtirbe, ſo gebühret die Köhr, aber nicht wenn der Häger-Juncker ſtürbe.

b De mortuario, Erbrecht, Erbſchafft, Fall- und Gläs-Gewand-Fall, meierdingor. Vid. Dom. STRUBE *de bonis meierdingicis* §. *XII. pag.* 204. *ſeqq.* De jure hoc, quod in ducatu Wurtenbergico, obtinet, agit GEORG. MELCH de LUDOLF. *in ſupplem. obſerv. forenſ. p.* 84. *ſeqq.* Pröbſtdingi hoc onus pecunia redimere ſolent. Quid in epiſcopatu Oſnabrugenſi hac in re, intuitu eorum, qui Wetterfrey dicuntur, locum habeat, apparet ex confirmat. epiſcopi Erneſti Auguſti de ann. 1672. apud LUDOLF. *in obſervat. forenſ. continuat. p.* 279., ubi hæc leguntur: Wenn einer von dem freyen Gut verſtirbe, es ſey Mann oder Weib, ſoll das oberſte Kleid auff den Pflicht-Tag, und

SCHOTTELIVS p. 46. ſequentia profert. **Und hat es in dieſen Lande damit dieſe Bewandnis, daß von den Ackerleuten, wann der Mann oder Haußwirth ſtirbet, das Pferd nechſt den beſten, von den Halbſpänner ein halbes Pferd, von den Köthern oder Kotſaſſen aber, wann unter denen der Haußwirth ſtirbet, die Kuh nechſt der beſten, abgefodert, ans Amt genommen, und dem Landes-Fürſten, oder den Gerichts-Herrn, als ein heimgefallenes Gut berechnet wird.** Cum autem ſæpe præfecturas principum nomine moderantes in exigenda hac præſtatione nihil miſericordiæ darent, Henricus rigori huic modum ponere cogitavit a. 1433. cum conſenſu Ordinum decernens: **Dat we unſe prælaten, manne und alle diejenigen die unſer Herrſchop hebben eigene Lüde, oder laten ſie ſin Mannes oder Frowen, kunne bey örem to Beddemunde nicht mehr nehmen, edder van öhrentwegen nemen, oder eſchen laten ſchüllen, bowen dat, alſo van olders wegen gegeven hebben, und darboven nicht ferders beſchweren.** Ut autem in fœminis jus mortuarium exerceatur, nec in ducatu hoc, nec in terris vicinis moris eſſe, idem SCHOTTELIVS p. 47. teſtatur. Imo ut ſupra monitum, hodie plerum-

Y 2

und folgends an unſer Amt Grünenberg gelieffert, oder ſonſt durch deſſen Werth rediniret und bezahlet werden, von dem ſo in dieſem Recht gebohren, die aber nicht darin gebohren, ſollen uns einen Schilling in unſer Amts-Regiſter zur Urkunde geben. Cum his Wetterfreyen quoddammodo coincidunt St. Vits Freyen, qui in Corbeienſi ſunt abbatia. De mortuario & bedmunda freimanni plane liberi ſunt. Hoc ſequentia docent verba: Die Gerechtigkeiten der freyen beſtehen darin, daß ſie von Baulebung, Bedemund, dritten Pfennig, Schatz-Geld, Hembd-Lacken frey ſeyn, ihre Töchter wann ſie heyrathen, auch wenn ſie zur Kirchen gehen, die Haar auff den Rücken hängen und fliegen laſſen dürffen, welches ſonſt keiner Bauers-Tochter erlaubt wird. *Rel.* von Frey-Gerichten §. 4.

Digitized by Google

rumque in certam redigitur pecuniæ ſummam, quæ conventio in ſuperiori Germania Haupt-Recht, Thedingen vocari ſolet. WEHNER *in voce* Haupt-Fall. Ejusdem ſortis eſt merces copulationis oraliter petitæ Bedmund, *c* ad ſpurcum cenſum, de quo ſupra diximus, referenda: *Jus provinciale Saxon. lib. art.* 73. Der Bräutigam muß ſich perſöhnlich bey der beſtalten Obrigkeit auf dem Lande anfinden, Beweis mündlich ſein Vorhaben zu heyrahten anbringen, und wann ſolches erlaubet, und verzeichnet wird, deshalber ein geringes jedoch gewiſſes Geld ins Amt erlegen, und zwar zum erſten mahl gibt er 20. Mgr. 6. pf., zum andernmahl 14. Mgr. 4. pf., zum drittenmahl 7. gr. 4., zum vierten mahl gibt er nichts, SCHOTT. *p.* 27. Quantitas tamen ex conſuetudine varietatem ſubit.

§. XL.

Ruſticorum præſtationibus non male accenſentur decimæ.

c HOFFMANNVS *in obſervat. juris Germanici lib. I. c. VIII. pag.* 88. inquit: *bumedam & marchetam, verbis diverſos, re convenire, utrumque vero cenſum, ad redimendam nuptiarum libertatem, comparatum fuiſſe.* Marchetæ mulierum apud Scotos vaccæ erant. Vid. *LL. Scot. lib. IV. c.* 31. SCENAEVS *in notis ad hoc caput ait: Marcheta equum ſignificat priſca Scotorum lingua, uti dixi de verborum ſignificatione. Hinc deducta metaphora ab equitando, marcheta mulieris dicitur virginalis pudicitiæ prima violatio & delibatio, quæ ab Eveno rege dominis capitalibus fuit impie permiſſa, de omnibus novis nuptis prima nuptiarum nocte. Sed pie a Malcolmo III. ſublata fuit, & in hoc capite, certo vaccarum numero & quaſi pretio redimitur.* De bedmunda, quam meierdingi præſtare tenentur conf. Dom. STRVBE *l. c. §. XIII.* Obtinet adhuc hodie in nonnullis Germaniæ territoriis, ut ruſticorum liberi ſine jurisdict. & prædialis domini conſenſu matrimonium contrahere nequeant. Vid. *ordin. polit. Lippiaca §.* 7.

Digitized by Google

cimæ. Sunt autem nobis hic, *a* exactiones *b* ex præcepto divino apud Judæos ſacerdotibus tantum in alimenta, hodie omnibus, hoc beneficio gaudentibus, ab omnibus, qui non fruuntur immunitate, ex rebus, victui & amictui inſervientibus, etiam reditibus, quantitate determinata, debito loco & tempore præſtandæ.

§. XLI.

Nullum juris naturæ dictamen habemus, quo decimas ſuppeditare jubemur. Suadet quidem illius juris regula, quod tibi vis fieri, alteri feceris, ut ſtipem egenis præbeamus, ſed ut illa decimam rerum ad nos ſpectantium exhauriat, non inculcat. Judaicæ gentis clero, cujus nullæ in terra

a De variis vocabuli ſignificationibus a SYRINGIO C. 1. agitur, qui C. 2. inter decimarum ſpecies jus detractus & laudemium quoque refert, quæ autem ſub hoc vocabulo, prout illud communiter adhibetur, non intelliguntur. Interim hic notare liceat, quod ſupra omiſſum, a Brunſvicenſ. elector. ann. 1708. conſtit. promulgatam, ne ſubditi territoriorum ſuorum, ex una provincia in aliam, aut ex uno in alium diſceſſuri locum, juri detractus ſubſint.

b Hac voce differunt ab oblationibus, quæ ſunt præſtationes charitativæ in uſum pauperum, aræ plerumque adpoſitæ. Primitiæ, in gente Judaica maxime uſitatæ, mediæ fuiſſe naturæ, videntur: Cum decimis affine habebant, quod ex præcepto domini deberentur; cum oblationibus vero, quod non ad certam quantitatem determinatæ, nec reiterari ſolerent. Penes nos, quos præceptum illud Judaicæ reipublicæ non obſtringit, potius ad oblationes pertinent, quoniam neceſſariæ. Primitiarum præſtationis in gente Chriſtiana jam nulla ferme exſtant veſtigia, niſi huc referre velis munuſcula, quæ nonnullis in locis ſacerdotibus parochiarum membra, in mores eorum & de fide notitiam inquiſitum, viſitantibus, ſub nomine der Meſſ-Steuren, præbere debent. REBUFFUS *de decimis quæſt. 1. n. 17.* MONETA *de decimis c. 2. in fine* SYRING. *de decimis c. 2. n. 4.*

Digitized by Google

terra Canaan partes erant, ne terreſtrium bonorum cultura a ſervitiis divinis diſtraheretur, decimas præſtare Deus injunxit. Præceptum autem illud, rempublicam tantum Judaicam attinens, Chriſtianos non obligat. *Hiſtoria ſopra i beneficii eccleſiaſt. p.* 85. *ſeqq.* c Quo tempore inter Chriſtianos potiſſimum decimæ exigi cœperint, admodum incertum. Sunt, qui originem earum ad Conſtantini M. tempora referunt, alii ad Caroli M. ævum; ſed prius incertum, poſterius falſum. Exſtat enim Clotharii I. conſtitutio de decimis anni DLX. *apud* SIRMONDVM, cui junge concilium Mariſconenſe de anno 585. c. 5. & epiſtolam epiſcoporum poſt ſynodum Turonenſem anno DLXVII. ad plebem datam, *ut unusquisque ad exemplum Abrahæ decimas offerat de ſuis mancipiis.* vid. CANGIVM *in gloſſario ſub voce decimæ.* HERTII *notitia Franciæ c.* 3. §. 52. Interim nonnulli putant, decimas omni illo tempore, usque ad concilium Lateranenſe, magis ſuaſas, quam præceptas eſſe; licet in concilio Cabilonenſi jam tum in illos, qui decimas, poſt crebras admonitiones & precationes ſacerdotis, dare neglexerint, excommunicationis cenſura ſtatuta ſit, vid. *capit. lib.* 2. §. 39. *p.* 749. *tom.* 1. *apud* BALVZIVM, jubenturque miſſi, *conſtringere illos, qui nonas & decimas debent, ut ſecundum capitularem priorem, ſolvant unius anni nonam & decimam cum ſua lege, & inſuper bannum regale. Et hoc eis denuncietur, quod quicunque hanc negligentiam iteraverit, beneficium unde hæc nona & decima perſolvi debuit,*

c Liber PAVLI SARPETAE, celebris hiſtoriæ concilii Tridentini ſcript. nomen præ ſe fert, ſed illum ejus autorem eſſe, a multis dubitatur.

Digitized by Google

buit, amiſſurum ſe ſciat. Addit. quarta apud BALVZIVM *tom. I. p.* 1214. §. 99. De origine decimarum *conf. quoque* ZYPAEI *conſult. canonic. lib.* 3. *conſult.* 5. *p.* 170. *& D.* MEINDERS. Non tamen prætereundum puto, nonnullos ex facultate imperii, cujus apud Samuelem mentio fit, jus decimarum regalibus annumerare: Verum licet populo liberum ſit, per decimarum conceſſionem principis victui, aliisque, quibus eget, ſubſidia quædam præbere; illud autem in Germania noſtra hactenus uſu non obtinuit, niſi quod decimæ novales, quæ ex agro, poſt hominum memoriam inculto, deinde coli cœpto, debentur, & hodie inter effectus ſuperioritatis territorialis in terris Proteſtantium recenſeantur. Eſt enim omne ſolum, quod culturam aliquam patitur, ſed hactenus incultum jacet, a populo occupatum, cujus deinde princeps vices gerit, aut etiam ejus jus per pactum conſecutus eſt, ita ut illi fas ſit, pro ſoli conceſſione decimam exigere. Quicquid hoc eſt juris, etiam principibus noſtris in concordatis Germ. de anno 1446. pace religioſa de anno 1555. Inſtr. pac. art. 5. tribuitur. THOMAS MICHAEL *de jurisdictione* §. 49. WEHNER *in voce noval.* **Zehnden** §. 4. In ordinatione provinciali Guelpherbytana §. 25. idem aſſeritur, ſub limitatione tamen aliqua hoc in territoriis Brunſvicenſibus obtinet: Wenn es unſere oder gemeine Holtzunge, darinn wir die höchſte Erb-Erxe ſind, wo aber die Höltzungen unſerm Land-Ständen und Unterthanen zuſtehen, dem Grundherrn zu entrichten. Wann aber auſſer Holtzungen aus gemeiner Hude und Weide, mit conſens der intereſſenten Rod-Land angewieſen wird, ſo muß der Rod-

Zehende, davon an Uns abgeſtattet werden. *Receſſus provincialis Ganderheimenſis* §. 15. *Georgii Ludovici elect. Brunſvicenſ. ordinat. decim. de anno* 1709. §. 9. *Corp. conſtit. elect. Brunſ. part. III. C.* 4. Romanæ ſedi addicti, decimas novales ex juris canonici placitis *c. quoniam & c. tua* §. *ult. X. de decimis* Parochis, ſub quibus nova agrorum hactenus, ſterilium, cultura inſtituitur, adtribuunt; nec in principem cadere eas poſſe, vociferantur; ſed argumenta eorum refellit SYRING *c.* 7.

§. XLII.

Decimæ, in alimenta ſacerdotum, egenorumque ſolatium, eccleſiis potiſſimum conceſſæ. Solebant autem decimæ Chriſtianorum antiquioribus temporibus hoc modo dividi, ut una pars epiſcopo, alia clericis, tertia pauperibus quarta eccleſiæ in fabricis applicaretur. *Lex Salica a Carolo Magno emendata* §. *XXIII. lex Longob. lib.* 3. *tit. III.* §. *II.* Atque hoc in concilio Salisburgenſi concluſum, autor eſt AVENTIN. *l.* 4. *annal.* CANGIVS *in gloſſario ſub vocab. decimæ* tres ſaltem ſtatutas decimarum partes memorat, ſed in C. 7. capit. de an. 779. nulla diſtributionibus hujus fit mentio: Attamen *in capit. epiſcop. de anno* 801. *c.* 7. ea, quæ clericis & epiſcopis adjudicanda, in unam componuntur partem, Fiebat autem hæc diſtributio ab epiſcopo, aut alio ſacerdote, quibus decimæ exhiberi debebant. *L. Longob. tit.* 3. §. 3. *Capitul. Carol. & Ludov. Imp.* 290. *apud* LINDENBR. *p.* 1101. *Homilia incerti autoris de decimis & jejunio, qui ævo Caroli M. vixit apud* BALVZ. *in append. actorum veterum p.* 1376.

Quan-

Quanquam dubium ſit, an illa diſtributio ubique in Germania invaluerit. Quod ad Saxoniam Chriſtianam attinet, ibi quoque decimarum primordia clero tantum fuiſſe proficua, ingens ille zelus, quo Carolus M. cum poſteris ſuis in ſacerdotes ferebatur, mihi perſuadet. Exſtant hujus rei non pauca in capitularibus indicia, ex quibus profluere videtur, Carolo Magno hæſiſſe opinionem, eccleſiis tantum dari poſſe. *In capitul. Caroli M. de anno* 789. §. *XVII. p.* 253. *apud* BALVZIVM *tom. I.* ſequentia habentur: *Similiter ſecundum Dei mandatum præcipimus, ut omnes decimam partem ſubſtantiæ & laboris ſui eccleſiis & ſacerdotibus donent, tam nobiles quam ingenui, ſimiliter & liti, juxta quod Deus dederit unicuique Chriſtiano, partem Deo reddant. Sic & capit. lib. 5.* §. 154. *p.* 854. *apud* BALVZIVM *tom. I.* dicitur: *Admonemus, atque præcipimus, ut decima Deo omnino dari non negligatur, quam Deus ipſe ſibi dari conſtituit, quia timendum, ut quisquis Deo ſuum debitum abſtraxit, ut forte Deus per peccatum ſuum auferat ei neceſſaria, & qui decimam Deo dare neglexerit, novem partes auferantur ab eo.* Plura hujus argumenti paſſim in capitularibus occurrunt. Nec aliter eſt in capitulatione de partibus Saxoniæ, ut monet HERTIVS *in notitia regn. Franc.* Interim non poſſum non accedere, *B. domino* KRESSIO, *in diſſertatione prooemiali ad Thummerutbum* aſſerenti, hoc inſtitutum ætatem non tuliſſe. Lux quædam huic rei affunditur ex actis comitiorum Geilenhuſenſium de anno 1184., quæ refert GOLDAST. *tom.* 2. *conſtit. imperial.* in quibus Fridericus I. ait. *Scimus autem decimas & oblationes a Deo ſacerdotibus & Levitis primitus deputatas.*

tatas. Sed cum tempore Chriſtianitatis ab adverſariis infe-ſtarentur eccleſiæ, easdem decimas præpotentes & nobiles viri ab eccleſiis in beneficio ſtabili acceperunt, ut ipſi defenſores eccleſiarum fierent, quæ per ſe obtinere non valerent. Deinde ab illo more, decimas clericorum eſſe peculium, diſceſſum, laicisque impertiri cœpiſſe, varia tam veterum, quam recentiorum apud EYBEN. *in electis feudalibus c. X. p.* 622. *op.* luculentiſſime docent loca. Quibus addi poteſt, quod in *chronico episcoporum Hildeſ. apud* LEIBNIT. *t.* 2. *pag.* 790. traditur, ſub Udone XVIII Hildeſienſium epiſcopo decimam in Netlingen monaſterio Scti Michaelis ablatam fuiſſe, & vaſallis de Salder donatam. Ab eccleſiis, ſecularibus, ut earum advocatia & tutela contra vim hoſtium fruerentur, ſæpe & in feudum ſunt datæ, quod & ex iis, quæ a Friderico I. in comitiis Geilhuſanis apud ARNOLD. *Lubec. in chron. Slav. lib.* 3. *c.* 18. & LEHM. *in Chron. Spir. lib.* 5. *c.* 67. *p.* 481. ut & a SCHAT. *in annal. Paderborn. ad ann.* 1187. proferuntur, conſtat. Vid. *quoque c. ſtatuta* §. *ſane de decimis in 6to.* COVARVV. *variar. reſolut. lib. I. c.* 17. *n.* 5. Comitibus Flandriæ a pontificibus, ad pellendos barbaros, decimas attributas, teſtatur. ZYPAEVS. *reſponſ. J. C. II. lib.* 3. Nec video, quid hæc conceſſio iniqui habuerit, ut COVARVVIAS *loc. cit.* GVTIERETZ *prat. lib. I. quæſt.* 15. opinantur. Eccleſiæ enim donationum piarum mole laborabant, nihilque æquitati & præceptis divinis tam conveniens, quam navatæ operæ ſtipendium, aut præmium concedere. Unde nihil impedit, quo minus decimæ, tanquam res temporales, laicis permitti potuerint. Nihilominus Alexander tertius ſeculares decimarum ſubjecta incapacia ratus, non ſeculo XI. ſed XII. anno

nempe

nempe 1179. pro quo apud VVLTEIVM *de feudis*, ex errore typographico, annus 1379. eſt poſitus, concilium Lateranenſe congregavit, in quo prohibitum, ne in poſterum laicis decimæ concederentur; indultum vero, ut decimas ante concilium Lateranenſe conceſſas, retinere poſſent *c.* 19. *X. de decimis c.* 2. §. *ſane in 6to* COVARVV. *variar. reſolut. lib. I. c. XVII. p.* 89. Urbanus vero majori adhuc ardore omnibus laicorum decimis inhiavit; ſed fortiter reſtitit imperator Fridericus, adſtipulantibus Germaniæ epiſcopis. SCHILTER. *de libertate eccleſiarum Germaniæ lib.* 5. *c.* 6. §. 7. PETR. de MARC. *de concordia ſacerdotii & imperii lib.* 6. *c. XII.* §. *X. p.* 220. *edit. Pariſien.* ubi de vaſto, ſed injuſto ſedis Romanæ conatu agit.

§. XLIII.

Auſa tamen Urbani III. aliquem in Germania habuiſſe effectum, ex eo ſuſpicor, quod, autore Ottone Marchione, anno 1194. jus decimarum in Thuringia ad archiepiſcopatum Moguntinum transiret. Vid. SCHILTERVM *de libertat. eccleſ. German. lib.* 5. *c.* 6. §. *VIII.* ubi habetur diploma Sifridi archiepiſcopi Mogunt. Urbani veſtigia deinde premens Clemens IV. antea JCtorum Gallicorum primarius, ut ipſum vocat Platina, Germaniam, ſub prætextu corrogandorum ſumtuum ad recuperanda Paleſtinæ loca, decimis emungere allaboravit. Sed Joannes Semeca, vulgo Joannes Teutonius dictus, Germaniæ JCtorum tum temporis princeps, S. Steph. Halberſtadienſ. præpoſitus, fallaces aulæ Romanæ artes, publicæ expoſuit luci, atque ad concilium appellavit, docuit-

Digitized by Google

cuitque, ut eſt in ſumma confeſſionis ejus apud EYBEN *in electis feudalibus c. X. p. 622.* b. in fine: *Ut videlicet non tantum nobiles, ſed & ignobiles, ſeu plebei poſſint habere decimas in feudum ſine peccato, easque donare, vendere, vel alias alienare, prout res juxta naturam feudi poſſint tractari. Conf. quoque* PANCIROLLVS *de claris legum interpretibus lib. 3. C. 6. p. 323. ult. edit.* Ex tali autem maſcula ſane & heroica virtute, pontificis, fortaſſis ejus etiam ex eruditione æmuli, indignationem tulit. Machinati quoque ſunt, ipſum præpoſitura exuere, ſed conamina hoſtium irrita fuere. Et ſi quid forte mœroris ex turbis iſtis, quibus conflictabatur, perſenſerit, id per aſſenſum, quem ejus ſententiæ magni per Germaniam viri præbebant, & conſtantiæ laudem penſatum eſt CRANZIVS *l. 8. Sax. c. 27.* Lites autem utriusque mors tandem interemit. *Autor catalogi manuſcript. epiſcoporum Halberſtadienſium in Wolrado epiſc. 26.* recenſet epitaphium tumulo ejus, in cathedrali eccleſia Halberſt. excavato inſcriptum, quod & apud Wennigſtad in chron. reperitur

Eſt, erit, atque fuit, qui deſiit eſſe Joannes
Dogma viget, viguit, florebit & omnibus annis
Lux Decretorum, Dux doctorum, via morum
Hic jacet & placet, ut vacet a pœnis miſerorum.

§. XLIV.

Neque poſt Semecæ mortem pontificum conatus proſperiori uſi ſunt fortuna. Placita enim aulæ Romanæ de decimis Germani nunquam penitus paſſi ſunt; licet eo antea inclinarent Henricus II. & Conradus apud BROWERVM

in

in antiquitatibus Fuldenſibus lib. 3. c. XV. & XVII. lib. 3. p. 252. 264. quippe cum & poſtea laicis decimæ conceſſæ. In Wennigſtadii chronico Halberſtad. ſub Burchardo libero Barone de Warberg. epiſc. 37. memoriæ proditur, hunc in bello Hohenſteinenſi infeliciter pugnantem, ut ab hoſte captos in acie nobiles redimere poſſet, decimas eis concedere debuiſſe. Den Adel muſte der Biſchoff löſen mit den Gütern ſeiner Kirchen, und damit krigten die von Adel erſt den Zehenden von der Kirchen, die ihre Erben noch zur Zeit haben. Vide GVIDONEM *Papam deciſ.* 288. *& in notis* MATTHEVM. Quanquam facile crediderim, clericorum haud paucis omni tempore perſuaſum fuiſſe, potius ſibi præ laicis ad decimas eſſe jus. Adducam hunc in finem diploma epiſcopi Paderbornenſis, quo conceſſionem decimæ eccleſiæ cathedrali Bilfeldenſi facta, ut Dn. directus confirmat. Et ut recte ſe habeant omnia, conceſſionis tabulam præmittendam duco, cujus ſequens eſt tenor: „ Bernhardus comes de Ravensberge univerſis, ac ſingulis præſentia viſuris vel audituris „ in perpetuum ſalutem &c. Novitis, quod cum decanus „ & capitulum eccleſiæ collegiatæ in Bilevelde decimam „ Wernincktorpe in parochia Orlinghauſen, cum decimis „ curiarum, domorum & caſarum in Wieſtinghauſen & Otinghauſen ad eam pertinentibus, ſi tam, ab Eykchardo „ quodam dicto de Lodere milite & ſuis hæredibus, quam „ idem dum viveret, a dominis noſtris progenitoribus felicis memoriæ defunctis in Ravensbergæ comitibus tenebat „ in pheudo, de conſilio, voluntate, ac connivencia dictorum dominorum noſtrorum progenitorum juſto emtionis

„ titulo legitime compararunt, & quam præfati noſtri progenitores ante nos hactenus, plena tamen præfati Eykhardi militis & ſuorum hæredum accedente reſignatione, cum omnis juris ſui renunciatione ad uſus eccleſiæ Bileveldenſis prædictæ, ab eccleſia Paderbornenſi in pheudo tenuerunt, quam & nos ſimiliter poſt ipſos in pheudo recepimus & tenuimus, ad uſus Bileveldenſis eccleſiæ memoratæ. Nos vero eccleſiam Bileveldenſem prædictam, præter progenitores noſtros, & nos fundatam & dotatam favore proſequentes ſpeciali, & proficuum intendere cupientes conſideravimus præfatæ eccleſiæ Bileveldienſi magis expedire, atque cautum eſſe, quod eadem decima cum ſuis pertinentiis prænotatis incorporaretur, & ipſam in proprio poſſideret, ipſam decimam de Wernincktorpe cum decimis & pertinentiis ſuis prætactis venerabili domino Bernhardo Paderbornenſi eccleſiæ epiſcopo domino noſtro, ad incorporandum ipſam eccleſiam Bileveldenſem de eadem, & ad dandum in proprium, amore ipſius eccleſiæ Bileveldenſis reſignavimus, atque reſignaſſe præter præſentes evidentius profitemur, renunciando nihilominus pure & plane omni juri quod nobis, ſeu noſtris hæredibus, aut ſucceſſoribus in eadem decima competebat, ſeu competere poſſet in genio de jure, vel de facto quomodolibet in futurum.

„ In quorum omnium robur & evidens teſtimonium ſigillum noſtrum ex noſtra certa ſcientia, præſentibus viris honeſtis Swedero de Buſche, Alexandro Topp, Friderico Klencoh militibus, & domino Liborio, canonico di-

„ ctæ

Digitized by Google

„ ctæ eccleſiæ Paderbornenſis notario venerabili domini e-
„ piſcopi ſupra dicti, tum aliis pluribus fide dignis. Dat. die
„ ſancti Lucæ Evangeliſtæ anno domini milleſimo CCC. tri-
„ ceſimo quarto.

„ Not. appenſum eſt ſigillum in cera rubra cum inſcri-
„ ptione.

„ ſigillum comitis de Ravensberg.

„ ab altera parte ſigilli invenitur inſcriptio.

„ In nomine Domini amen. Bernhardus Dei gratia Pader-
„ bornenſis eccleſiæ epiſcopus, ſalutem omnibus in perpe-
„ tuum, ſupplicaverunt nobis nobilis vir Bernhardus co-
„ mes de Ravensberge, patronus collegiatæ eccleſiæ in Bi-
„ levelde, nec non honorabiles viri decanus & capitulum
„ ejusdem eccleſiæ noſtræ dyœceſis; quatenus decimas
„ quasdam, unam videlicet decimam toden Eck ſitam in
„ parochia Jollenbecke, & domum to Dethmeringtorpe, &
„ alteram decimam to Wermingtorpe, in parochia Orling-
„ huſen ſitam cum decimis curiarum & domorum in Wi-
„ ſtinkhauſen, Otinkhauſen, ad dictam decimam Werninktor-
„ pe pertinentibus, & manſi in Milſe dicta Chronſchagen,
„ ab eccleſia noſtra titulo pheudi deſcendentes, præfatæ
„ eccleſiæ in Bilevelda appropriare, incorporare, & in
„ perpetuum dare, cum omni integritate, ac univerſis ſuis
„ juribus & pertinentiis, ad præfatas decimas ſpectantibus,
„ voluntarie dignaremur. Nos vero ſupplicationibus hujus-
„ modi, nec non nobilis viri Ottonis, piæ recordationis
„ quondam comitis de Ravensberg, nobis & noſtris præde-
„ ceſſoribus pluries dum viveret directis, pro appropriatio-
„ ne

„ ne ſeu incorporatione dictarum decimarum, præfatæ ec-
„ cleſiæ facienda, humilibus & devotis grato occurrentes con-
„ ſenſu, cum *decimæ debeant potius ad eccleſias & perſo-
„ nas eccleſiaſticas*, *quam laicos pertinere*, interveniente
„ in hoc conſilio, voluntate & conſenſu honorabilium viro-
„ rum decani & capituli noſtri omniumque illorum, quo-
„ rum conſenſus ad hoc de jure fuerat requirendus, prædi-
„ ctas decimas cum omnibus ſuis juribus & pertinentiis in
„ magnis & minimis appropriamus, incorporamus & in
„ perpetuum damus præfatæ eccleſiæ in Bilevelde, quan-
„ tum ad jus poſſeſſionis, & quantum ad jus proprietatis, ple-
„ no jure, quiete, & pacifice perpetuo poſſidendas, nihil ju-
„ ris nobis, aut ſucceſſoribus noſtris ac eccleſiæ noſtræ Pa-
„ derbornenſi in dictas decimas & ipſorum juribus ac per-
„ tinentiis de cetero reſervantes, & in præmiſſæ appropria-
„ tionis teſtimonium, præſentem literam deſuper conſcri-
„ ptam dari fecimus, ad perpetuam rei memoriam noſtro
„ & capituli noſtri prædicti ſigillis patenter & publice robo-
„ ratam. Et nos præpoſitus decanus & capitulum eccleſiæ
„ Paderbornenſis, in teſtimonium noſtri conſenſus, huic ap-
„ propriationi intervenientis, ſigillum noſtrum duximus præ-
„ ſentibus apponendum.

„ Actum & datum in die Lucæ Evangeliſtæ anno Do-
„ mini milleſimo trecenteſimo triceſimo quarto.

§. XLV.

Nihilominus, ne dicam, ineptum eſt, hodie diſtin-
ctionem decimarum in ſeculares & eccleſiaſticas laceſſere
velle,

velle, quoniam ipſe papa Pius II. *in documentis rediviv. Wurtenb. p.* 188. conſuetudinem laicis conferendi decimas probat, nec *concilium Tridentinum ſeſſione* 23. *c. XVIII.* improbat, totque viri, Romanæ eccleſiæ formulam ſequentes, huic ſententiæ ſubſcribunt, quorum aliquos citat EYBEN *l. c. p.* 623. & SYRING. *p.* 12. Cumque ita Lateranenſe decretum, quod, niſi diſpenſante papa, laicis nullas novas concedit decimas, in Germania nunquam generaliter receptum, & jam territoria principum proteſtantium a vinculo, quo olim Romano pontifici obnoxii erant, immunes; prorſus aſſentior, hic tam actionem de ſpolio, quam & præſriptionem locum habere, licet probari nequeat, illam decimam jam ante concilium Lateranenſe in laicorum manibus fuiſſe, aut ex privilegio pontificis permiſſam. Ratio enim eſt invalida, quæ in contrarium urgetur, quod ſcil. laici decimas, ante memoratis requiſitis non exiſtentibus, poſſidere nequeant; ubi autem nulla poſſeſſio, ibi nec præſcriptionem, ne quidem immemorialem locum habere poſſe *c. cum Apoſtolica X. de his quæ a Prælatis.* COVARVV. *lib.* 1. *variarum reſolut. c.* 17. *p.* 90. & autores *a* LYNCKERO *reſponſ.* 2. *p.* 31. *n.* 181. 182. *cit.* Petitio namque principii eſt, quod in Germania citra pontificis privilegium, aut conceſſionem ante concilium Lateranenſe, nullæ haberi poſſint decimæ, & ſic corruit etiam ſubſumtum, decimas in Germania, absque requiſitis illis, poſſideri non poſſe. Requirunt tamen hic præſcriptionem immemorialem. Vid. SYRING. *addit. prim. p.* 522. 524. Verum quid decimæ aliud ſunt? niſi res temporales, nullo peculiari favore gaudentes, præterquam quod ratione origi-

 nis

nis ſuæ aliquid ex eleemoſyna trahere videantur. Neſcio, quare hic anni præſcriptionis longiſſimi temporis ſufficere non deceant; ſiquidem etiam res eccleſiæ immobiles 40. annis præſcribantur, niſi lege, aut conſuetudine aliud ſit introductum.

§. XLVI.

Quod ſi quis jam poteſtate decimandi gaudeat, pollet quoque libera, de decimis pro lubitu diſponendi, facultate. Poteſt itaque loco ejus pecuniam accipere, quod & epiſcopis ſecundum Capit. licebat. BALUZIUS I. §. *CLXV. p.* 122. vid. *& Spec. Sax. l.* 2. *art.* 48. aut eis, qui decimas præſtare obligantur, ut loco frugum frumentum ſpicis excuſſum præbeant, concedere. Huc ſpectat modus ille, quem vocant **verdingen**, ſoletque hic ruſticorum illorum, quorum agri decimis obnoxii, prærogativa eſſe. *Conſtit. de anno* 1564. Neque tamen ullum illis inde jus enaſci poteſt, etiamſi immemoriali tempore decimam in granis præſtiterint. Eſt enim res meræ facultatis, cui nunquam præſcribitur. SCHMID *ad jus municipale Bavaricum tom.* 3. *tit.* 28. *art.* 8. KOEPPEN *deciſ. XII. n.* 12. Idem eſt *in ordinat. Lippiaca de anno* 1664. **wegen der Dienſte, Zehnde und Pächte:** Gleicher Geſtalt und zum zweyten ſoll dem Herren, gleich wie die bey den Dienſten ſeinen Zehnten in natura ſelbſt auszunehmen, ziehen oder zu verdingen bevor bleiben, und dagegen keine Zeit, bey welcher der Haußmann den Zehenden ſelbſt gezogen, und reine Früchte davor gegeben, zum præjudiß des Zehntherrn nicht allegiret werden. Vid. *conſtitut.*

tut. Henrici de anno 1564. **Landtages-Abſchied von** 1597. *Conſtit. Auguſt. de anno* 1650. 1651., quæ renovata 1691. *Receſſ. Saltzthal.* §. 17. ubi circa elocationem decimarum triginta annorum præſcriptio, quæ ab anno 1586. incipit, admittitur. *a*

§. XLVII.

Quæritur autem, an ruſtici parocho decimas ſolvere obſtricti, illi, qui eis verbum divinum enunciat, ſacramentaque adminiſtrat, an vero ei, in cujus parochia agri ſiti ſunt, decimas præſtare debeant? Jure canonico eſt indeciſum; cum autoritates ſanctorum patrum hic ſint diverſæ *cap.* 18. *X. de decimis*, atque, hic ad conſuetudinem recurrendum, ſtatuitur. Putarem tamen, in dubio potius ad illum ſpectare, qui ipſis verbum divinum prædicat, ſacramentaque adminiſtrat, quoniam in remunerationem quaſi ſacrarum illarum occupationum parochis ſint conſtitutæ; atque ſpectant huc, quæ in S. Codice ſunt, illi, qui aræ inſervit, ex ara competere debere alimenta. Hoc & ex eo confirmatur, quod intuitu ſpiritualium illorum munerum decimæ præbeantur, cum ſi quis populo in ſpiritualibus nulla præſtet ſervitia, etiamſi ſit clericus, decimas accipere nequeat. ZOES. *ad tit. decretal. de decimis n.* 30. Proinde, cum hoc intuitu decimæ debeantur parocho, ut maxime non probæ admodum vitæ, decimis immolandum, modo non ſit manifeſtus

a Add. *conſtit. Auguſt. de ann.* 1657. *Rudolphi Auguſti de ann.* 1687. *Ejusdem & Antonii Ulrici de ann.* 1691. *Eorundem de ann.* 1695. 1703. *Antonii Ulrici de ann.* 1706. *Ejusdem de ann.* 1709. *Auguſti Wilhelmi de ann.* 1715. 1727. *Corp. conſt. elect. Brunſvicenſ. part. III. c.* 4.

feſtus ſcortator, aut adulter. MONETA *de decimis c.* 5. *n.* 32. Imo & parochis ditioribus debentur. Ius enim, quod mihi quæſitum eſt, ob accedens aliud emolumentum, cui ne quidem cum illo jure eſt connexio, amittere non poſſum. Interim illi probe facient, ſi pauperibus, in quorum gratiam potiſſimum decimæ ſunt inſtitutæ, ſe liberales exhibeant. Quoniam & in exſolvendis decimis tempus interpellat pro homine, quippe quæ debentur ex lege, ruſtici etiam præteritorum annorum decimas, quæ exigi neglectæ, præſtare neceſſe habebunt. CAP. *Tholoſ. deciſ.* 432. quicquid etiam FABER *in cod.* SABAVD. *l.* 1. *t.* 2. *def.* 66. in contrarium afferat. Sic & decimas agnorum illi potius parochiæ, ubi paſcuntur, quam ubi ſtabulantur oves, exhibendas eſſe, cenſeo. Paſtus enim eſt ex quo vivunt, & unde deinde proveniunt omnia emolumenta: At ſtabulum non eſt res magni momenti, WAMESIVS *conſil.* 445. *n.* 4. MONETA *de decimis c.* 4. *n.* 16. 17. Alii putant decimas, hoc caſu exiſtente, inter utrumque parochum eſſe dividendas REBVFFVS *de decimis quæſt.* 8. *n.* 11. ZIPAEI *reſponſ. l. p.* 81. Quamvis addendum, ante omnia hic ad conſuetudinem eſſe reſpiciendum. Nimirum jure Saxonico *lib.* 2. *art.* 48. conſtitutum Jegliches Vieh, wenn es Junge gewinnet, wo es des Abends zur Herberge kömt, da ſoll man es verzehnden. Quisquis jam decimarum jure gaudet, recte curet, ne illis colligendis præficiat homines, in ærumnoſos agreſtes barbaro modo ſævientes. Cogitent enim ſemper, delicta ſervorum & aliorum, qui alterius vices gerunt, in dominos mandantesque,

in

in eis corrigendis aut, removendis parum ſedulos, aliquo modo redundare.

§. XLVIII.

A decimis prædialibus nulli regulariter ſunt exemti, cujuscunque etiam ſint conditionis, ordinis & dignitatis, SYRING *c. IV.* ſic ut Judæi quoque de terris, quas colunt, decimas parochiæ, ſi illa ex conſuetudine Germaniæ jus decimandi habeat, præbere, aut poſſeſſionibus renunciare debeant *c. XVI. X. de decimis & ad hoc capit* GONZALEZ *de* TELLEZ; licet hodie vix Judæis arva colenda concedi ſoleant. Palam eſt, vi transactionis Paſſavienſis, & inſtrumenti pacis, Evangelicis a Catholicis decimas debitas præſtandas eſſe, & his viciſſim ab eis deberi. CARPZOVII *Juriſprudentia eccleſiaſtica l.* 1. *tit.* 8. *def.* 137. Deinde, ſi ruſticus agros derelinquit, nobilis, qui poſtea illos colit, ad decimas æque, ac ruſticus tenetur. CARPZ. *Jurisprud. eccleſ. lib.* 1. *defin.* 128. Neque ruſticis licitum, antequam decimæ deductæ, aliquid frugum fundo detrahere, aut eas totas horreis inferre. Oportet tamen, ut illi, qui decimarum jus habent, moneantur, manipulos eſſe coactos, tempus decimandi adeſſe, juſſisque Europæ principum variis hoc ſtatutum. Conſtitutiones Galliæ regum Francisci primi de anno 1545. Caroli IX. de anno 1568. ut & decretum parlamenti Pariſienſis de anno 1567. BVGNYON *dans le traitè des loix abrogées liv.* 3. *ch.* 125. *p.* 35. recitat, cui adde CHOPPINVM *de privileg. ruſtic. lib.* 1. *c.* 7. Caroli V. diplomatis de anno 1553. & Philippi II. de anno 1564., idem in Belgio ſancientium, mentionem

Digitized by Google

tionem injicit ZYPAEVS *juris pontificii novi lib.* 3. *p.* 132. Add. ESPEN. *jur. eccleſ. part. II. tit.* 38. *n.* 14. *ſeqq.* In Germania noſtra quam plurimæ etiam hunc in finem proditæ ſanctiones. *conſ. Georgii Brittanniarum Regis conſtit. de an.* 1709. in qua injungitur, admonitionem per ætatis maturæ perſonam fieri debere. *Auguſti Duc. Brunsvic. Guelpherbyt. ordinat. provinc. de anno* 1647. §. 48. pœnam decem florenorum, ad reſarciendum damnum, in immorigeros ſtatuit. *& conſtit. de anno* 1651. *ordinat eccleſ. Saxonic. art.* 22. *Jus provincial. Bavar. tit.* 28. *art.* 2. *ſeqq. ordinat. decim. ducat. Wurtenb. c. IV. &c.* Atque, quod hic uſu obſervatur, & juri Canonico *c. quæcunque c. omnes decimæ XVI. q.* 7., & æquitati conveniens eſt. GVIDO PAPAE *quæſt.* 248. *& reſponſ.* 70. Graves enim hic ſæpe ruſticorum occurrunt fraudes, quas reprimere, *in Georgii I. conſtit. cit. in ordinat. provincial. Guelpherb. ut & in ordinat. decim. Wurtenberg. c.* 4. opera datur. Ut autem & ruſticis aliisque, qui decimas debent, cautum ſit, ne ultra modum illius, qui jus eas exigendi habet, adventum præſtolari teneantur, tempus in conſtitutionibus ad res decimales attinentibus, determinari ſolet. *Conſtit. Georgii I. hæc habet* §. 27. Wenn die Ausſage geſchehen, ſollen die Zehntpflichtige nicht ſofort ihr Korn wegfahren, ſondern ſchuldig ſeyn, auf den Zehntherrn, oder deſſen Zehntſammler einige Zeit zu warten, und zwar wann die Anſage des Morgens geſchehen, biß auf den Abend; wann aber die Anſage des Abends geſchehen, biß gegen den folgenden Mittag: käme aber derſelbe in ſolcher Zeit nicht, ſo können ſie alsdenn, wenn ſie zuvor den Zehnten ausgeworffen, nach Gefallen einſcheuren §. 28. Wären es aber ſolche

Früchte,

rum in Bavaria. Vid. ERNESTI ZELLERI *præjudicia Bavarica p.76.* CASPAR WEIXER *part. III. diſſ. 9.* EPTEL von der Nieder Gerichtsbahrkeit. Si vero præfecturæ non ſubſint, coram domino jurisdictionali, domino prædiali negotium non ignorante, hæc omnia peragi debent. *Receſſ. Guelpherbyt. de an. 1619. §. X.* circa finem. In *reſolutione Statibus provinciæ Luneburgicæ an. 1686.* data, ſtatuitur, hic obtinere debere, quod in *ordinatione polit. Cellenſi art. XI. XXIII. XXIX.* diſpoſitum, additurque: Da aber Guts-Herren verbanden, ſollen die Eheſtifftungen vorher von demſelben, und zwar jedesmahl demjenigen, deren Guts-Mann der Bräutigam iſt, (wann zuforderſt auch der Braut Guts-Herr wegen des aus ſeinem Hofe promittirten Brautſchatzes ſeinen Conſens wird ertheilet haben) nach der Güter Zuſtand behandelt, und darauff vor den Aemtern und Gerichten, in die Amts- oder Gerichts-protocolla gebührend eingeſchrieben werden. Quodſi illa, quæ in contractum veniunt, ſummam quingentorum thalerorum non exhauriant, pro inſcriptione ac copia uncialis una quarta, ſi vero exæquent aut ſuperent illam ſummam, ſemiuncialis ſolvi debet. IVNGE *reſolut. Statibus provinciæ Hojenſis ann. 1697.* datam, ubi conſtitutum: Daß der Adelichen und freyen Guts-Herrn Meyer- und Köther-Kinder und Töchter-Männer, oder deren Eltern, Vormünder und nächſten Verwandte, ihr Anliegen wegen conſtituirenden Brautſchatzes, gegen Vermächtniſſes und Leib-Gedinges, auch anderer kindlichen Abfindung und Auslöbung ihren Guts-Herren vortragen und denenſelben, was und wie viel zu geben, determiniren laſſen. Wann ſolches geſchehen, und denen Beamten es ſchrifftlich zur ingroſſirung überreichet, die ſo dann, und nicht ehender, die ingroſſirung in das Amts-Buch verrichten ꝛc. Pro inſcriptione autem & extraditione ſchedulæ nuptialis, ſecundum antedictam ordinationem, a villico thalerus, a coſſato vero aliisque, qui notoria laborant paupertate, 24. groſſi, præter ſex marianos, ſchedulam nuptialem exaranti porrigendos, ſolvantur, oportet. Hoc autem, ſcilicet ut pacta nuptialia actis inſerantur, conſtitutum, ut præfecti cenſere queant, an etiam dotationes aliæque ex prædiis præſtationes, ultra illud, quod fieri poteſt, vergant. *Conſtit. Friderici Ulrici de ann. 1620. ordin. præfect. Gibchenſt. §. 30.* Quid in Haſſiæ landgrafiatu Caſſelano hic obtineat, ex conſtit. Caroli de anno 1723. pateſcit.

b In ordinatione politica Sleſvico-Holſatica conſt. ut omnia ſponſalia in eccleſia coram tota communitate, aut ad minimum coram ſex perſonis concludantur.

§. IV.

Antequam ſacerdos ruſticos, matrimonium contracturos in ducatu Brunſvicenſi proclamare, & benedictione ſua jungere poſſit, per pacta dotalia a præfecto confirmata, aut alio modo *a* probent neceſſe eſt, ſe bedmundam præſtitiſſe. Vid. *reſcriptum conſiſtoriale de anno* 1716.

§. V.

Nuptiali ſocietate contracta, quam & paterna mox inſequi ſolet, varia ad uſum familiæ ſunt comparanda, aut etiam vendenda, & permutanda. Atque ſi interdum nummi non adſint ſufficientes, ut habitatio aliæque res, in proprios familiæque uſus coemi poſſint, ea, quibus indigent, ſunt conducenda. Vix enim rei momenti cujusdam uſus gratis concedetur. Sic & in lauta ac bene aucta parte victuri, aut requirente etiam hoc ampla eorum re familiari, ſervorum ancillarumque operas conducant, neceſſe eſt. Hinc, primo poſt nuptias loco, de ruſticorum emtionibus & venditionibus, locationibus & conductionibus dicendum erit.

§. VI.

Non quilibet prædium ruſticum emere poteſt *a* ſed do-

a Poteſt hoc etiam in ducatu Brunſvicenſi teſtimonio a præfecto, ſub cujus jurisdictione ſponſa domicilium habet, impetrato doceri, ut ex conſiſtoriali reſcripto de ann. 1713. apparet. Si quis parochorum conſiſtoriali reſcripto morem gerere neglexerit, duorum imperialium mulctam ſolvat.

a Moris eſt in aliquibus Germaniæ territo-

domini prædiales, quibus plerumque jus protimiſeos competit, curent, neceſſe eſt, ut idoneis denuo committantur colonis, *b* qui ad ferenda onera publica ſufficienter ſint inſtructi. *Receſſ. Saltzthalumenſis* §. 19. cujus ſancita & in epiſcopatu Hildeſienſi valent.

§. VII.

Nemo partes, ad prædium ſuum pertinentes, *a* ab eo alienare poteſt; quod ſi hoc fecerit, a prædii poſſeſſore

 ſemper

ritoriis, agros, ad curiam ruſticam ſpectantes, conſitos transferri debere, *Auguſt. adminiſtr. archi-epiſc. Magd. ordinat. pol. c. XI.*

b Sæpe deſerti etiam ſunt fundi, quorum aliqui adhuc nobis crudeliſſimi illius belli, quod tot annis Germaniam afflixit, veſtigia præbent. Intereſt itaque reipublicæ, ut & illi ad idoneos ſedulosque redeant agricolas. Quem in finem immunitatibus illi, aliisque emolumentis ſunt alliciendi, atque præmia eis, qui ejusmodi colonos procurant, conſtituenda. Variæ hanc in rem principum Luneburgenſium conſtitutiones exſtant. Vid. *corp. ſanct. Hanov. Cell. c. XIIX. p. 745. ſeqq.* In terris electoralibus Brunſvicenſibus præfectis interdictum, ne bona majoratica, in ſuis præfecturis ſita, comparent, aut terras, ad deſertas curtes, ſive curias ruſticas ſpectantes, ſub pœna amittendi officii, aut alia arbitraria, ſine ſpeciali conſenſu, ſuo non committant aratro: Noch einige Aecker von wüſten Meyerhöffen ohnen ſpecialen Conſens, bey Verluſt des Dienſtes und ſonſt anderer willkührlicher Beſtraffunge unter den Pflug zu nehmen, ſich bemächtigen ſollen. Si quæ talia habent, intra anni ſpatium ſub illa pœna dimittant. *Ordinat. præfect. art. 42. conſtitut. Erneſti Auguſti de ann.* 1692. Sic & in ducatu Brunſvicenſi præfectis non eſt licitum, ut alicui fundo vaſtato ædificia imponere permittant, niſi inveſtigatis ejus bonis & vitæ conditione. Quo facto, hac de re, ut & an utile credant, vacuæ ſuperficiei novas jungere ædes, horreum & ſtabula, aut ad aulam, aut ad cameram referant, & principis, aut cameræ expectent juſſa.

a Probatio rerum pertinentium etiam per præſumtiones fieri poteſt. *Conſtit. Antonii Ulrici de ann. 1713.* Auguſtus Wilhelmus, qui tantopere ſollicitus fuit, ut vacuæ areæ novis inſtruerentur ædificiis, ut apparet ex ejus

ſemper repeti poterunt; ita ut reunioni nullus temporis lapſus obſtet. Vid. *Erneſti Auguſti edictum reunionis de an.* 1691. *corp. Brunſv. elect part. IV. C.* 5. *ſect.* 6. *& Antonii Ulrici de an.* 1712. *ordin. provincial. duc. Brunſv. art.* 28. 29.

§. VIII.

Nec omittendum puto, in marchia Brandenburgica [a] nobilibus, ex reverſalibus de an. 1540. & 1602. facultatem competere, neceſſitate urgente, [b] ad æſtimationem conſiliario-

ejus conſtitut. de ann. 1717. decrevit vaſtatas curias rebus pertinentibus non eſſe accenſendas. Vid. *conſtit. de ann. 1721. in conſtit. duc. Brunſvic. part. II. p. 131. 133.* Quod ſi vero ruſticorum bona, immobilia, quæ alienationi ſubſunt, valide vendi debent, in ducatu Brunſvicenſi reſignatione judiciali opus eſt.

[a] Hoc jus nec in diœceſi Havelbergenſi, nec in tota Prignitia & comitatu Ruppinenſi obtinere, docent. KOEPPEN *q.* 44. SCHEPLITZ *ad conſuetud. Brandenb. p. 4. tit. VII.*

[b] Itaque requiritur, ut nobilis illo prædio non ad commoditatem, ſed neceſſitatem indigeat. MÜLLER *reſol. march.* 100. *n.* 8. *In conſtitutione Joh. Georgii de ann.* 1527. reperitur: Alſo auch die vom Adel in Unſerm Churfürſtenthum, ſich auf einen alten Gebrauch bezogen; daß ihnen ihrer Gelegenheit nach frey ſtünde, etliche Bauren auszukauffen, ſolches ſoll ihnen forthin auch frey ſtehen, da ſie der ausgekaufften Bauer-Güther ſelbſt wolten bewohnen: Doch, daß ſie dem Bauren, ſo ſie auskauffen wollen, ihre Güter nach Werdirung, was ſie gelten mögten, gebräuchlich bezahlen. *In declaratione ordinat. cameral. Joh. Georgii P.* 2. *C.* 7. additur: Gebührlich und auf einmahl bezahlen, wo ſie aber ſonſt mit einem Ritterſitz verſehen, und den aufgekaufften Hoff und Huefen allein zur Anrichtunge Meyereyen oder Vorhöfe, oder auch zu Stärckung ihres Ackerwerckes gebrauchen wolten, ſoll ihnen ſolches nicht vergünſtiget werden. Habetur quoque loc. cit. non facile, ad dotalitia conſtituenda, prædia ruſtica hoc modo adhibenda eſſe, &, ſi neceſſitas requirat, poſt viduæ mortem ad ruſticos reverti debere. Nec male hoc jus a legislatore reſtrictum. Eſt enim contra juris communis regulas receptum, ex quibus nemo ad vendendum, niſi illud ſalus Reipublicæ requirat, cogi poteſt.

Digitized by Google

liariorum cameræ, juſto pretio, zu ihrer Gelegenheit etliche Bauren auszukauffen.

§. IX.

Allato jam, quod in marchia peculiariter circa neceſſariam prædiorum ruſticorum venditionem obtinet, occaſio naſcitur, diſpiciendi, quid in illa quæſtione, an ruſtici nobilibus primum, aut præfectis res, victui inſervientes, ante alios ad emendum offerre debeant, ſtatuendum ſit? Regula, quod nemo regulariter ad vendendum cogi poſſit, cum quilibet rerum ſuarum ſit arbiter, negativæ opinioni favet. *a* Quodſi vero dominus, aut qui ejus vices ſuſtinet, eodem, quo alii, res vendendas redimere velit pretio, imprimis, ſi neceſſitatibus familiæ ejus ſubveniendum ſit, præ aliis prærogativam quandam competere, contendunt. *b*

 §. X.

a Miſera certe agreſtium eſſet ſors, ſi rerum ſuarum pretium ex nutu nobilium, aut præfectorum, quos non tam exacte æqualitati ſtudere, contingere poteſt, penderet. Hinc tam in aula Saxoniæ electoris, quam in collegiis JCtorum Wirtenbergenſium & Lipſienſium contra nobiles, qui ſubditis ſuis præceperant, ut edulia, vel cibaria, ſi quæ venalia haberent, ſibi potius, quam extraneis venderent, judicatum eſt. RAVCHBAHR *p. 2. quæſt. XXII.* CARPZ. *p. 2. conſtit. 51. definit. 10. Vid. & jus provinciale Bavaricum lib. 2. In receſſu marchico de anno* 1540. conſtitutum, ut omnia, quæ ruſtici vendenda habent, in foris urbanis venum exponantur, a qua neceſſitate prælati & nobiles ſunt immunes. Ita & in receſſu provinciali urbis antiquæ (Oldenſtat) de anno 1624. conſtitutum: Es ſollen die Beambte von den Leuten nichts anders, als baar Geld annehmen, ſondern ihnen vergönnen, dasjenige, was zu verkauffen, ſonſten in andere Wege auff das höchſte und theureſte auszubringen.

b Nec illud tam ex juſtitia expletrice, quam attributrice competere, dicunt. MANZIVS *deciſ. palat. 12.* ERTELS *prax. aur. p. I. p. 388. 389.*

§. X.

Quamvis itaque libera plerumque emendi & vendendi ſit poteſtas, ita, ut ruſtici res ſuas quascunque etiam, fructus futuros, jure Romano diſtrahere poſſint: [a] in Imperii legibus tamen, facultas vendendi fruges in herba, reſtricta eſt, ad eum ſcilicet modum, ut invalida ſit [b] venditio, niſi juſtum illius temporis ſolvatur pretium. [c] Etenim dardanariorum fraudibus obicem ponere, anniſi ſunt, quippe qui, agreſtium miſeria audaciores, & ex eorum incommodis ſua ſibi parantes commoda, vili ſæpe pretio ab illis fruges, nixas adhuc ſtirpium fibris, culmoque erectas geniculato, expalpitare ſciunt.

§. XI.

a *L. 8. 78. §. fin. ff. de contrah. emt.* Vid. & FABRUM *in rational. ad l. 8. cit.*

b *Ordinat. polit. de anno 1548. tit. 19. & reformat. polit. de anno 1577. tit. 19. edictum Georgii ducis Brunſvic. de ann. 1638. in corpor. conſtit. elect. part. II. C. 2. p. 666. ordinat. polit. epiſc. Hildeſ. §. 92.* Atque hoc ad gramina quoque extendendum, und andere ihre Früchte, licet praxis nonnullorum locorum ab eo diſcedat. Imo & jure veteri Carolino, quod *lib. 2. LL. Longobardorum tit. XXXI.* fertur, diſpoſitum eſt: *Ut nemo propter cupiditatem pecuniæ, aut avaritiam det pretium, ut futuram ſibi emtionem præparet, & duplum vel triplum recipiat: Sed tunc, quando præſentes ſunt fructus, ſibi illos comparet. In ordinat. præfecturæ Gibchenſteinenſi §. 43.* conſtitutum: Niemand ſoll ohne ausdrücklichen ſchrifftlichen Conſens des Amts, einige Saat oder auf den Halmen ſtehende Feld-Früchte verkauffen, bey acht täglicher Gefängniß, oder einer empfindlichen Geld-Straffe. Add. *Johannis Friderici ducis Brunſvic.* Amts-Ordnung *de ann. 1674. art. 42. Erneſti Auguſti conſtit. de ann. 1692. part. IV. conſtit. elect. Brunſv. p. 55.*

c *In conſtitut. Argent. de alienat. p. 26.* habetur: Auf den gemeinen Schlag oder den mittlern Kauff und Wehrt, wie die Erndte und Herbſt gemacht und im Lande gang- und üblich ſeyn werden. Vid. SCHILT. *exerc. 30. ad ff. §. 30.*

§. XI.

Nec circa prædia in extraneos transferanda, licet domini ſuffragium impetratum ſit, omni pollent facultate, ſed proximi e ſanguine & vicini, ex capite congrui, Geſpilde [a] protimiſeos jure gaudent. Interim videtur, hoc aliqua ex parte territorio noxium, præſertim ſi illo jure & in fundis deſolatis vicani gaudeant. Nam hac ratione novorum coloniorum adventus impeditur. Quamobrem ſunt Germaniæ territoria, in quibus jus congrui non admittitur. [b]

§. XII.

In ducatu Brunſvicenſi nullum linum, terræ committ-

[a] Sicut ruſtici aliarum retractus ſpecierum ſunt capaces, ita & ex jure viciniæ alicubi retrahere poſſunt: At quemadmodum ex viciniæ jure in pagis frequentiores retractus occurrunt quæſtiones, cum pleraque ruſticorum bona in immobilibus, utpote retractus objecto, conſiſtant, hujus potiſſimum retractus mentionem hic facere, in transcurſu quaſi, conſtitui. Vid. REINKING. *de retractu conſanguinitatis quæſt. 3. n. 105.* TIRAQVELLVS *de retract. linear. theſ. I. gl. 7. n. 85. 87.* RHETII *diſſertatio de jure congrui c. 1.* LOTICHII *diſſertatio de jure retractus §. 42. ſeqq.* In originem hujus juris, an ſcilicet vis ejus ad Friderici conſtitutionem, an vero potius ad conſuetudinem & locorum ſtatuta ſit referenda, ut & in alias hujus argumenti theſes, ob inſtituti rationem inquirere jam non vacat. Vid. MEV. *p. 2. deciſ. 30. & p. 7. deciſ. 30. & p. 7. deciſ. 108.* CARPZ. *p. 2. c. 31.* STRYCK. *in U. M. lib. XVIII. tit. I. §. XVIII.* RHETIVS *l. cap. c. 2.* Huc ſpectat jus, quod ſibi tribuit communitas paganica, in decimarum collectione conducenda.

[b] In marchia Brandenburgica, teſte STRYCKIO loc. cit. vicinitatis retractus non obtinet, nec in ducatu Magdeburgico, niſi vicinio, in re retrahenda, jam tum pars quædam competat. *Ordinat. polit. Magdeb. c. 22. §. 15.* Secundum ordinationem politicam Ferdinandi epiſcopi Paderbornenſis art 53. præfecturæ jure, retrahendi prædia ruſtica, utuntur.

mittendum, redimi poſſe *a* niſi Rigenſe, aut aliud quod in vicinia ad mare Balticum natum eſt, non autem Schwarebeccenſe, Selandicum, aut aliud ſimile vilioris notæ, ab AVGVSTO WILHELMO 1723. conſtitutum eſt: Verum hæc conſtitutio alia de an. 1728. ſublata eſt. *b*

§. XIII.

Contingit quoque, ut in filis lineis, Garn, vendendis, ob girgil-

a Sub confiſcationis & alia arbitraria pœna doloſum tale commercium eſt interdictum. Etenim proventuum, ex quibus agreſtes miſeram trahunt vitam, & onera ferunt, non minima pars lino debetur. Itaque omnino reipublicæ intereſt, ut circa illud cunctæ ceſſent fraudes. Cumque lites ſæpe exoriantur an licitum, an vero prohibitum venditum ſit, in allegata conſtitutione juſſum: Daß alle die, welche in unſern Landen mit Lein Handlunge treiben, bey deſſen Verkauff allemahl angehalten werden, und ſchuldig ſeyn ſollen, eine Verſicherung von ſich zu ſtellen, und dieſe demnächſt auf erfordernden Fall mit ihrer Correſpondenz, und original Einkauffts-Rechnungen zu beſtärcken, daß es Rigiſcher oder aus der Oſt-See kommender Lein-Saamen ſey, oder mit keinen ohntauglichen Lein-Saamen vermänget, wiedrigen Falls ihnen zu ihrer Bezahlung nicht geholffen werden ſoll. Ne autem clandeſtina venditione tale irrepere poſſet linum, venditiones illæ ambulatoriæ, Hauſiren, ſub confiſcationis pœna ſunt prohibitæ. Denique judicibus præceptum, ſi linum in peregrinis locis comparatum terræ mandatum, inde, non ut par eſt, prorumpit, ſolcher aber nach der Saat nicht gebührend und völlig auffgelauffen, ne mercatoribus, ut lini pretium conſequantur, opem ferant.

b In hac conſtitutione ſequentia leguntur: So haben wir unſere gnädigſte Willens Meinung dahin vermittelſt dieſes declariren wollen, daß unſere getreue Unterthanen die vorige Freyheit, daß ein jeder auff ſeine eigene Gefahr, und nach eigenem Gefallen Lein kauffen möge, von welchen Ort er nur wolle, hinwieder verſtattet ſeyn ſoll. Jedoch bleibt wie vorhin den fremden Lein-Händlern auff den Dörffen das Herausfahren, oder Hauſiren gänzlich verboten, und haben unſer Amts- und Gerichts-Obrigkeiten gegen ſolche ſich eräugende contraventiones mit der Confiſcation zu verfahren. Fatendum, quod lina protuberare nequeant, non ſemper ipſum linum, ſed ſæpe etiam terra inhabilis, aut male culta, vel etiam bonæ tempeſtatis defectus, in culpa eſſe.

Digitized by Google

girgillorum defectus, fraudes committantur. Ideo hanc in rem in terris Brunſvicenſibus variæ ſunt promulgatæ conſtitutiones. a In terris electoralibus, ut quævis collectio complicationum filorum, ein Stücke, zehn Bind, & quælibet complicatio, Bind, nonaginta fila girgillus vero trium & ½. receptarum ulnarum amplitudinem complectatur, conſtitutum eſt. Vid. *edictum de ann.* 1723. *in corp. conſtit. elect. Brunſv. part. III. p.* 255. 319. *Add. edictum de an.* 1715. §. 4. *l. c. p.* 244. *& edictum de an.* 1718. *p.* 312.

§. XIV.

In ducatu Brunſvicenſi girgillus a quatuor ulnarum amplitudinem accurate habeat, & quævis collectio Lob, b decem complicationes, Bind, & quævis complicatio centum fila contineat. Si quid defectus adeſt, domicilio pauperum cedere debet. *Conſtit.* AVGVSTI WILHELMI *de an.* 1715. *item* LVDOVICI RVDOLPH. *de an.* 1734.

§. XV.

a Negari nequit in trahendis & complicandis filis, nec non contexendis multas committi fallacias. Itaque recte curandum, ut tales evitentur doli. Conſultum videtur, peculiares rei conſtituere viſitatores, licet quandoque & horum fides & fluctu hanc in rem.

a Girgilli loco inſtrumento, quod Krucke vocant uti, in dict. conſtit. eſt prohibitum.

b In civitatum & eorum, qui ibi mercatores agunt, utilitatem conſtitutum, peregrinos nullos in pagis filorum, Garn, tolerari coemtores. Si hujus legis adſint temeratores, filorum amiſſione puniuntor. Si mercatores indigenæ, ad comparanda fila linea, nullos in vicis conſtituerunt procuratores, magiſtratus, hoc negotii recte curent, oportet. Illi apud quos in viſitatione, quæ omni menſe a Burgimagiſtris jureſtribus fieri debet, fallacia reperiuntur fila, arbitrariam incurrant pœnam, &, ſi circumſtantiæ hoc requirant, fila iſta fiſco addicantur.

Digitized by Google

§. XV.

Ad contractuum majoraticorum eſſentiam, aut naturam duntaxat literas inveſtituræ, Meyer-Brieff, ſpectare, autumo. Nam lege in terris Brunſvicenſi ſtatutum, ut omni novennio [a] novæ redimantur literæ, quæ ſignum ſint, bona hæc in perpetuam non tranſire coloniam, quod a nulla proficiſci poſſe præſcriptione, decernitur. Vid. *R. P. de an.* 1597. *&* *conſtitutio* ANTONII VLRICI *de an.* 1703. *Add. corp. elect. Brunſv. part. C. I. p.* 455. 459. 641. *part. IV. C. VII. p.* 203. 213. Meieri enim hereditarii majus habent jus reale, quam meieri ſimpliciter tales.

§. XVI.

Cenſum, [a] Meyer-Zinß, ad contractus majoratici partes eſſentiales ſpectare nullum habet dubium. Eum plene præſtari debere, in receſſu provinciali D. B. de an. 1682. legitur. Ut in ſolvendo negligentes judices officio, ad præſtandum id, quod eis incumbit, adigantur, eodem expreſſum eſt receſſu. Quod ſi vero ob ſterilitatem, damna a grandinibus, aut muribus data, vel etiam alios caſus canonis quædam remiſſio concedenda, amicabilis cum domino hanc ob rem tentanda compoſitio, & ſi ad eum perveniri nequeat, præſente domino, & adhibitis taxatoribus, rerum peritis,

[a] Conſtitutioni modo citatæ inſertum, ſi qui poſt eam publicatam literas majoraticas petere, neglexiſſent, majoratici fundi amiſſione puniturn iri. Literas haſce ad parochiales majoraticos fundos ſpectantes, paſtor loci impertitur. Vid. *reſcript. conſiſt. de ann.* 1726.

[a] Hunc ad curiam domini nullo ære nec epulis demulſi afferre tenentur, niſi lege, pacto moribus aut temporis lapſu aliud obtineat.

Digitized by Google

ritis, nicht unkundigen Wardier-Leuten damni inveſtigatio *b* fieri debet. AUGUSTI WILHELMI *conſtitutio de an.* 1715. GEORGII *II M. B. regis & electoris Brunſvicenſis edictum de an.* 1738. *in corpore conſtit. elect. Brunſv. part. II. C.* 2. *p.* 652.

§. XVII.

Crederem, meierdingorum quoque *a* contractus ſcriptura fieri. Exemplar literarum meierdingicarum ſequens inſerere liceat:

Simon Mackenſen Verſchreibung über den Meyerhoff zu Lobeck Meyerdings-Gueth, ſo Heinecke Haſenbalgk unter dem Pfluge gehabt, und dem Hauſe Scheininghen zween Scheffel Roggen, zween Scheffel Gerſten und zween Scheffel Habern davorgegeben.

Von Gottes Gnaden Wir Heinrich der Jünger, Hertzogk zu Braunſchweigk und Lüneburgk bekennen, und thuen kund hiermitt öffentlichen inn dieſem Briefe für Uns und Unſer Erben Erbnehmen gen allermenniglich: Demnach vor Jaren Unſer Bürger zu Braunſchweigk Hans Simons den

 Erben

b Quid in hoc ſcrutamine obſervandum, in ordinat. *foreſto-præfectura-camerali §. 94. 95.* traditur. Adde obſervationes meas *de locat. & conduct.*

a Exſtat Auguſti ducis ſententia de anno 1638. in cauſa magiſtratus Scheningenſis contra præfectum Hackelberg, per quam actores in poſſeſſorio ſummariiſſimo, cuſtodiendi urbis claves, & celebrandi judicium meierdingicum Philippi Jacobi die, defenduntur. Interim præfecto Scheningenſi, ut ſupremo meierdingi grafioni, ejus celebrationi adeſſe, & meierdingi recipere pecuniam, datum eſt.

Digitized by Google

Erben-Zins vonn dreien Hufen Landes Meyerdings-Gütern, ſo zu Unſerm Haus Scheiningenn gehörich, und vor Esbeck gelegen, verſeßenn, aus denenn Uhrſachenn wir ſolche drey Huefen Landes, vermüge des Meyerdings Rechten, wiederumb an uns genommen, und zu gemeldtem unſerm Haus Scheiningen genutzett und gebrauchet haben, und Unſer Küchenſchreiber und lieber getreuer Mackenſen, mit unſerm Rahde, Wiſſen und Willen, ſich mit unſer freundlichen hertzlieben gemahel Cammermagdt, Sophia genandtt, ehelichenn verlobett unnd vertrauett; So haben Wir ihme fürnemlich umb ſeiner getreuen geleiſtenn Dienſte willen, die er uns ein geraume Zeithero gethan, und hinfürder noch wohl thuen ſoll, kann, und will, und auch umb ſolcher ehelichenn Verlöbniſſe willen, angeregete drey Huefen Landes gnedichlichen wiederumb gegeben und zugeeignet zueignen und geben Ihme dieſelben hiermit unnd in Kraft dieſes Briefes dero geſtalltt und alſo, das er dieſelben drey Huefenn Landes umb den Erb-Zins, welchenn er da von Jerlicks zu Unſerm Haus Scheiningen gegeben, allermaſenn wie Hans Simons darvon zuthueen ſchuldig geweſen, ſo frey als ander Meyerdings-Güther, daſelbſt vor Scheiningen und Esbeck gelegenn, gebrauchen, und genieſen, und ſonſt alles das thuenn und leiſten ſoll und will, was einem, der ſolche drey Huefenn Meyerdings-Güther under Händen hatt, davon zu thuen eignett und gebürett. Wie wir und die Unſeren dann auch Unſere itzige nach künftige beſtellte Ampten darſelbſt Ihn und die ſeinen wieder dieſe unſer Verſchreibung denn nicht beeintrechtigenn wollen, noch laſſen ſollen

ſollenn Jmmaſſen wir ihn dann auch hiermitt und in Kraft dieſers Briefes in eine gerůige Nutz und nisbare poſſeſſion ſolcher drey Huefen Landes Meyerdings-Gůther geſetzet und eingewieſen haben wollen. Dargegen er uns und dem Unſern aber guttwillichlichen zugeſaget und verſprochen, Uns getreu und holtt zu ſeyn, Uns und der Unſern beſtes zu wiſſen und zu ſchaffen, ſchaden aber und arges alles nach ſeinen Vermůgen zu warnen und zu wenden, und ſonſt alles das thuen, was einem getreuen Diener ſeinen Hernn zu leiſtenn ſchuldigk, und pflichtigk iſt, alles getreulich und ungeferlich. Und des zu warer Urkunde, ſteiffe und veſter Haltunge haben wir obgeſetzter Fürſt dieſe Verſchreibung mit eigenener Hand underſchrieben, und unnſer Jnnſiegell wiſſentlich daran hengen laſſen, und geben zu Wulffenbüttel an 8. Tomas Tage nach Chriſti unſers liebenn Heren und Seligmachers Geburth Tauſent fünf hundert drey und ſechzigk.

Von Gottes Gnaden Heinrich der Jünger Hertzog zu Braunſchweigk und Lüneburgk.

Lieber getreuer, demnach wir vor der Zeit unſern Küchenmeiſter und lieben getreuenn Simonn Mackenſen umb ſeiner getreuenn geleiſtenn Dienſte willenn, wie dir ſelbſt bewuſt, drey Huefenn Landes vor Esbeck gelegen, dienſtfrey gnedichlich zugeeignet und gegeben, laut einer ſonderbaren darüber ufgerichtenn Verſchreibung.

Als befehlen wir dir hiemit gnedichlichen, dieweil er dieſelbenn ſelbſt bearten laſſen muß, und dieſe und alle Wege dinſtfrey geweſen, du wolleſt den Dinſt zu Bůd-

denſted von den Egidiſchen Hofe nehmen, und Ihnen mit denſelben dreyenn Huefen Landes Meyerdings Guths wie die andern, ſo dergleichenn Gueth haben, hinfüro dinſtfrey geweren laſſen, das ſoll dir und unſern Unter-Amtmann zu Scheningen in euer Rechnung paſſiren. Und geſchicht hierinn unſer gütliche und zuverläßige Meinung in Gnaden zuerkennen. Datum Wulffenbüttel am Tage trium Regum Anno 65. Unſern Oberamtmann zu Scheiningen

George von der Lippe.

§. XVIII.

Nec circa locationem, ubique libera eſt ruſticorum poteſtas. In permultis namque regionibus uſu, aut lege receptum, ut antequam operas ſuas peregrinis locent, *a* eas dominis prædialibus offerre teneantur. Atque hoc minime iniquum puto, *b* ob nexum, quo domino devincti ſunt, clientela-

a *In receſſu marchico de anno 1572.* conſtitutum: Welche Unterthanen in unſern Landen Kinder haben, die ſie zu ihrer Arbeit ſelbſt nicht bedürffen, und zu Dienſte bringen wollen, ſollen ſie vor allen andern ihrer Herrſchafft zu Dienſte anbieten und gönnen um billigen Lohn; wo aber die Herrſchafft deren nicht bedürffig, alsdenn mögen ſie dieſelbe nach ihren Gefallen bey andern zu Dienſte bringen und beſtellen. Vid. quoque *declarat. ordinat. Cam. Brand. p. 2. c. XI. In Friderici Wilhelmi ordinat. famil. de anno 1644. 1645. tit. §. I. ſeq.* obligatio, domino prædiali, aut ex moribus jurisdictionali, ante alios locandi operas, ad trriennium reſtricta eſt; ſed in neomarchia, ſecundum *receſſum de anno 1659.* huic juri nulla addita eſt limitatio. Idem obtinet *in ducatu Magdeb. ex conſtitut. Auguſti adminiſtratoris de anno 1650.* conferatur ejus Bauer-Geſinde und Handwercker-Ordnunge *c. 7.* Nec ab eo leges & mores Bavariæ, Auſtriæ & Saxoniæ differunt. *Ordinat. pol. Bavar. lib. 4. tit. 12. art. 13.* ERTELII *prax. aur. p. 1. c. IV. p. 399.* RICHTER *decis. 97. n. 44. autor annotat. ad ordinat. provic. Luſat. inferioris obſervat. 48. 49.*

b CARPZ. *lib. I. tit. VI. reſponſ. 59.* hunc nexum ad pietatem refert.

Digitized by Google

telarem, modo conveniens ipſis conſtituatur merces, & ad humanum habeantur modum.

§. XIX.

Et ne operas elocantibus juſta negari queat merces, & ut iis quoque largiorem, quam par eſt, exigendi præſcindatur occaſio, legibus provincialibus, in Germania haud infrequentibus, merces, qua operæ ſunt locandæ, ad certam redigi ſolet ſummam; fateor tamen, legum iſtarum quamplurimas exoletas haberi. Servi enim & ancillæ in luxum quoque ſunt corrupti, & ſervitiis ſuis, quæ lenta ſæpe, magnum ſtatui pretium concupiſcunt, ut nummi gulæ, libidini, & faſtui ſufficiant. Nec illis, qui a ruſticis mercede conducuntur, fraudes deſunt, &, ubi occaſio fert, circa ſementa, quæ ultra mercedem, aut ejus loco, dominorum agris in eorum lucrum committuntur, adhibere conſueſcunt. Unde in permultis Germaniæ territotiis mori illi, in notabile dominorum onus vergenti, publicis derogatum eſt legibus. *Receſſ. Marchic. de anno* 1572. *Ordinat. provinc. Luſatiæ inferioris tit.* 5. §. 8.

§. XX.

Circa conſerendos agros obſervandum quoque, ſociales colonias Saat-Gemeinſchafft um die Helffte oder einen gewiſſen Antheil Saamen, in ordinationibus politicis *a* plerum-

a In ordinat. polit. Auguſti, adminiſtratoris Magdeb. cap. XI. & in ejusdem ordinat. opilionum c. 4. ordin. politica epiſcopat. Hildeſienſ. §. 92. ordi-

plerumque prohiberi, inprimis, ſi cum civibus contrahatur. Nocet enim rei rurali, ſtramenta in pecorum pabula, & agrorum ſtercorationes adhibenda, aliorſum verti.

§. XXI.

Quamvis itaque inter ruſticos, æque ac urbanos omnis generis contractus celebrentur: Attamen inter frequentiores conventionem mutui eſſe, exiſtimaverim. Tot enim ſunt exactiones, quibus ruſtici premuntur, tot ſæpe fortunæ adverſæ ictus, ut vix eniti queant, quo minus æs alienum contrahant. Sæpe ex luxu, & prodigalitate, in quantum in ruſticos cadunt, vitium, & quod ruſtici ruſticari neſciant. Pauca ſunt, quæ circa hunc contractum ſingularia, ad ruſticos ſpectantia, jam ſe nobis offerunt. Haud dubie huc ſpectare putaveris, quod ruſticorum nomina [a] ſoleant in **Hoff- und Land-Schulden** diſtingui. Illa, ex prædio, hæc ex pago debentur.

§. XXII.

Et cum majorum fides a longo jam tum tempore in deſue-

ordinat. foreſta - præfect. cameral. ducatus Brunſvicenſ. art. 92. Præter ſociales hujusmodi colonias, pecorum quoque conjunctio, ad participandos fœtus, **das Vieh um die Helffte zuſammen zu ſetzen**, vetita, niſi id, conſentiente magiſtratu, fiat. Eſt enim communio mater diſcordiarum; ex diſcordiis vero multa in rem communem profluunt mala.

a Circa ſucceſſores notandum, univerſalem juris æs alienum, in prædium coactum, agnoſcere, teneri, non autem ſingularem, niſi ad illud delendum meliorationes coloniæ ſuppetant, aut ſpecialiter æs alienum, fundo inhærens, in ſe ſuſceperit. Quodſi autem æs alienum ad pagum attinet, illud pro rata uterque ſubire, cogitur.

Digitized by Google

deſuetudinem abierit, hodie alia, quam verba, requiruntur fidei pignora. Solent enim res præ fidejuſſoribus *a* aut expromiſſoribus in pignus depoſci, quoniam major illis ineſſe creditur ſecuritas, *b* pariuntque pignora jus reale, quod & in concurſu creditorum inſignem prærogativam conciliat. *c* Conſuetum eſt inter ruſticos, in agros ſteriles pecuniam mutuo accipere. **Geld auf unbeſamet Land Ahrtsweiſe in die Braack austhun**, ita, ut loco uſurarum, creditoribus uſus agrorum concedatur, usque dum æs alienum, quod debitores conflaverant, ſit perſolutum. *d*

§. XXIII.

a Solet autem ruſticis fidejuſſio absque cauſæ cognitione eſſe prohibita. Plerumque enim, ad quod ex fidejuſſione teneantur, non æque calent. In ducatu Bremenſi ex conſtitutione archiepiſcopi Chriſtophori, fidejuſſores non ſolum pro ſe & heredibus ſuis ſecuritatem crediti promittere, ſed & creditoribus in bonis ſuis mobilibus, aut immobilibus, in ducatu illo ſitis, ſufficientem conſtituere debent hypothecam.

b Romanis in cautionibus abſentium, & ubi damnum incertum, fidejuſſores multo melius probabantur, quam pignora: Germani autem pignora æque ac fidejuſſores admittunt, modo res ſit certa. MEVIVS *part. II. deciſ. 256. parte III. deciſ. 347. parte VIII. deciſ. 353.* Interim & J. R. traditum, plus cautionis in re eſſe, quam in perſona *l. 25. ff. de div. R. J.*

c Nam pignora & hypothecæ in concurſu creditorum claſſem tertiam procurant. RICHTER *de privileg. & jure creditorum Cap. IV.* Bona ruſticorum immobilia plerumque absque judiciali conceſſione in hypothecam dari non poſſunt, de quo jam ſupra monui. Vid. & *ordin. polit. Magdeb. de ann. 1688. C. 49.*

d Itaque pactum antichreticum, hic ſubeſſe, non male dixeris, quod & ex protocollo de ann. 1650. **des freyen Gerichts zu Bethmar**, de quo in capite de judiciis agetur, conſtat. Notandum autem, ſi jus antichreſeos expreſſa debitoris voluntate indeterminate, ubi fructus ſunt incerti &

§. XXIII.

Contingit, ruſticum pluribus ſæpe ære obnoxium eſſe alieno, ubi illi, qui über Saat- und Brod-Korn obligationes, quæ vocantur, habent *a* aliis creditoribus præferri ſolent, quoniam id crediti potiſſimum in conſervationem prædii ruſtici vergit.

§. XXIV.

& commutabiles, licet ſint induſtriales conceſſum, creditorem, libere re antichretica uti frui poſſe, omnesque fructus, etiamſi debitum uſurarum modum excedant, ſuos facere. LAUTERBACH *diſſert. de antichret. theſ.* 42. 43. 44. 45. Videtur quidem huic ſententiæ l. 8. in quibus cauſis pignus l. 3. C. de pignoratitia actione, quæ generaliter loquitur, obſtare: Aſt accuratiores JCti, has leges de antichreſi tacita intelligendas eſſe, dicunt. Cæterum ſi fructus percepti immodice & nimium uſurarum modum excederent, ipſa æquitas ſuadet, & omnes æquiores permittunt, ut moderamen adhibeatur, & res ad æqualitatem reducatur. LAUTERBACH. *loc. cit. theſ.* 47. Sæpe autem ſimplex ſaltem conceditur adminiſtratio, cum onere reddendarum rationum.

a *Ex conſtitut.* GEORG. WILHELMI *de anno 1685.* wegen Wiederbezahlung des den Landleuten und Unterthanen vorgeliehenen Saat- und Brodt-Korns, hujusmodi creditoribus hypotheca legalis & privilegium conceditur, davor des debitoris Saat und gantze Haabſeeligkeit verpfändlich hafftet, keine andere, auch privilegirte Schuld-Forderunge, ſie mag Nahmen haben, wie ſie wolle; wenn es auch, wie vor geſaget, mit des debitoris Güthern gar zum Concurs gerathen, keines weges præferiren, noch vorziehen; ſi hoc creditum judici, ſub quo ſunt mutuo accipientes, indicatum, & ab eo frumenti quantitas, & uſitatum ejus tum temporis pretium libro, hunc in finem confecto, gratis inſcriptum. Vide etiam hoc argumentum concernentia in ante memorati ducis *edicto de anno 1685. ejusque declaratione de eodem anno. Add. conſtitut. elect. Georgii Ludovici de ann. 1699. & ejusdem poſtea M. B. regis conſtit. de ann. 1724. in corp. conſtit. elect. part. II. C. 2. item conſtitut. Rudolphi Auguſti*

Digitized by Google

§. XXIV.

Denique, cum finium regundorum judicium a JCtis ad quaſi contractus referatur, nec de finibus pactiones & transactiones ſint infrequentes, cum ſæpe inter ruſticos de iis ſint controverſiæ, huic capiti epilogi loco adjicimus, ſalutare, ad evitandas de finibus lites, eſſe conſilium, ut ſingulis annis confinia pagorum, & ad illos ſpectantium agrorum, pratorum, ſylvarumque, præſentibus vicinis, viſitentur, *a* collapſaque ſigna reparentur, confuſique fines o-

 pe

guſti de ann. 1685. Antonii Ulrici ordinatio de ann. 1713. Auguſti Wilhelmi edictum de ann. 1713. Ut autem creditoribus, omnem plane in excutiendis debitoribus exuendi humanitatem, occaſio eripiatur, deducto ad victus & conſerendos agros neceſſario frumento, ſolutioni feſtum Michaëlis ſtatutum, atque ut frumentum a creditore pro uſitato pretio acceptetur, (nach Marckgängiger Weiſe) injunctum. Vide & *conſtitut. archiepiſcopi Bremenſ. Henrici,* von wucherlichen *Contracten.* Et, ne ultra modum uſuræ exigantur, conſtitutum, ut in provincia receptæ, Landübliche Zinſen, hic quoque tantum ſint ſolvendæ, quincunces aut etiam ſemiſſes, quales tolerabantur in ducat. Brunſvicenſ. ex *Frid. Ulrici conſtitut. de anno 1617. in corp. conſt. elect. Brunſv. p. II. C. 2. p. 620.* in ducatu Magdeb. partim ex *receſſu Hallenſi de anno 1658.* partim ex conſuetudine, in electoratu Brandenburgico, *ex edicto Johannis Georgii de anno 1573.* in tota Saxonia extra electoratum. RICHTER *p. 2. deciſ. 74.* in ducatu Bremenſi, *ex conſtit. Chriſtophori* citata. Vide plura apud STRYK. *in V. M. ad tit. de uſuris §. XI.* Ducatus Brunſv. ad quincunces rediit. *In ordin. tax. Ferdinandi epiſcopi Paderborn.* conſtituitur: Vom vorgeliehenen Korn ſoll nicht über ein Viertheil zum Scheffel genommen werden. *Vid. receſſ. provincialem Saxoniæ inferioris de anno 1654. & edictum Antonii Ulrici de anno 1694.* daß die Guths-Herrn ihren Meyern nothdürfftig mit Saat- und Brodt-Korn aushelffen, oder ihnen Credit verſchaffen ſollen, bey Verluſt ihrer Pächte. *Auguſti Wilhelmi edictum de ann. 1714.* die Vorſtreckung des Saat-Korns betreffend.

a Ordinat. polit. Auguſti adminiſtrat. c. 32. ſequentia continet: So gebieten Wir, daß Unſere Aemter und Gerichts-

pe judicum, Scabinorum, menſorumque, a vicis pari numero eligendorum, dirimantur.

CAP.

richts=Herren verordnen ſollen, daß die Dorff=Fuhren und derſelben Felder, Wieſen, und Gehöltzen, ſo zuvorn nicht vereinet und vermählet ſeyn, innerhalb Jahres Friſt nach dato, und denn alle Jahr, in Beyſeyn beyderſeits Nachbarn und der Gerichts=Herrn, beſichtiget, durch geſchwohrne Meſſer und Steinſetzer, deren ein jedes Dorff zweyen zu wehlen, vereinet, vermählet und verſteinet, und alſo die Mahlſteine und Gräntzen zwiſchen ihnen ſelbſt unter einander fleißig gehalten, auch darzu von beyden Theilen Raum und Platz gegeben, oder die Steine auf gleiche Unkoſten gegeben werden. Confer quoque *ordinat. ſylv. Brunſvic. Luneb. juſſu Chriſtiani Ludovici anno 1665. reviſ. §. 96. 97. Ordin. Georgii Ludovici elect. Brunſv. de ann. 1709. in corp. conſtit. elect. Brunſv. part. III. C. IV. p. 1013.*

Digitized by Google

CAP. VI.

DE

RVSTICORVM DELICTIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Non raro circa Deum & cultum divinum a ruſticis peccata committuntur. Ruſtici furandis feris operam quandoque dare ſolent. De equorum furtis. De ruſticorum commeſſationibus tam in cauponis, quam in nuptiarum & baptiſmorum feſtivitatibus. De clandeſtina cereviſiæ braxatione. De fraudibus circa emollienda lina, Flachs-Rothen, *trahenda & complicanda fila. Quomodo hæc fila pertractanda & ad nendum aptanda. Aliquid demere agris prohibitum. Pignorationes Germanorum moribus ſunt licitæ. Quibusnam ſepibus agri & horti circumcingendi. Ne a pecoribus oberrantibus agri & paſcua damnum patiantur, eis paſtores conſtituendi ſunt. Pecora ad nocivam non ſunt agenda aquam. De opilionum aſtutia. De fallaciis, quibus circa vendendos equos uti ſolent. De familia non ſeducenda.*

§. I.

Quanquam pauca ſint delicta, quæ non ruſticis cum aliis ſint communia, atque ita ſupervacaneum & inutile videatur, de ruſticorum delictis ſeparatim agere velle: Attamen cum nonnulla in agreſtibus frequentiora, aut eis magis propria occurrant, aliqua ſaltem hujus *a* argumenti proponemus.

§. II.

a Multa, ruſticorum iniquitates earumque pœnas concernentia, *in ordinat. provinciali Guelpherbytana* reperiuntur. Delicta autem, quatenus ex dolo aut culpa proficiſcuntur, gravius aut levius puniuntur.

Digitized by Google

§. II.

Ruſticos contra conventionum fidem in prædiis, quæ non pleno jure habent, male verſantes, *a* aut de iis aliter, ac par eſt, diſponentes, illis exui poſſe, jam ſupra monitum eſt.

§. III.

Varie quoque ruſtici a legibus deflectunt. Non condonandum Chriſtianis eſt vitium, quæ in Deum impuro eructantur ore, levi punire brachio. *a* Plus juſto animis hominum inhæret Tiberianum illud: Deorum injurias Diis curæ. Ex contemtu Numinis, & quod in contemtores ejus non acerbius animadvertatur, tot in rempublicam profluunt mala. Dici non poteſt, quam frequentia hujus generis in agreſtibus ſint delicta, qui plerumque inter pecora & inſtar pecorum educati, nullam, aut mancam admodum, veræ religionis pietatisque habent notitiam, & ab ineunte ætate in malorum conſortio vitiis aſſueſcunt. Quid-ni,

a Et ruſticorum, contra nexum fiduciarium clientelaremque impingentium, ſua ſunt feloniæ crimina, quæ condignis luere tenentur pœnis, niſi ruſticitati eorum aliquid indulgeatur. Ille autem, qui abſque conſenſu domini, alienata clientelaria comparat prædia, ex *ordinat. provincial. Brunſvicenſ. art. 30.* pretium amittat, & 20. flor. mulctam præſtet.

a In terris Brunſvic. non unæ contra verbi divini ſacramentorum, & ſabbathi contemtores promulgatæ ſunt ſanctiones *ordinat. ſchol. in elect. Brunſvic. in corp. conſt. part. I. c. 1. Julii ducis conſtitutio de an. 1585. in app. ordin. cur. provinc. Guelfer. p. 698. conſt. Antonii Ulrici de an. 1691. 1709. 1712. item Auguſti Wilhelmi edictum de an. 1723.* contra violatores ſabbathi.

ni, in ſingulis pagis magiſtri morum conſtitui poſſent, *b* qui una cum parocho in religionem, pietatem, moresque ad ſalutem reipublicæ & utilitatem propriam dirigendos, inquirerent.

§. IV.

Ex quo populus inter principum regalia fiſcalina, jus venandi eſſe voluit, variæ in violatores voluntatis ejus leges pœnales ſtatutæ ſunt. *a* Et, cum ruſticis non levis haſce

b Tales in Gallia aliquando duraſſe, *ex regia conſtitut. de anno 1657.* quæ inſcribitur: *Inſtruction pour la viſite des Cantons des Paroiſſes*, compertum habeo. Huic regio præcepto in fine additur: Maledictus, qui facit opus Domini negligenter. Nec ſacra externa ſunt negligenda: Symbola enim illa religionis fortiter in agreſtium animos agere ſolent. Hinc templorum ſcholarumque diligens habeatur cura, oportet, latæ ſunt conſtitutiones ſpartaque, ut reparandis, quæ collapſa ſunt, invigilent, præter templorum curatores, ruſticorum tribunis committatur.

a A rigore veterum, circa ferarum interceptores, paulatim deſciſcere, magis humanum arbitrantes, feram clanculum captantes, eamque ſubducentes, eadem, qua fures, pœna afficiunt. Sic in *ordinat. provinc. Guelpherb. §. 46.* decernitur: Wer ein junges Wild oder Reh-Kalb, oder ein wildes Fröſchlein auffängt, der ſoll in 30. Thlr. Straffe erkannt; der aber, ſo junge Haſen, Berg-Haſell- und Reb-Hüner auffänget, oder Eyer ausnimmt oder verwüſtet, zame Tauben ſcheuſt oder auffänget, ſoll mit 10. Thlr. Straffe beleget werden. *Auguſti conſtit. de ann. 1645. Antonii Ulrici edictum contra ferarum fures de ann. 1705. Ludovici Rudolphi edict. ejusque renovatio idem delictum concernens, de ann. 1732. Georgii II. M. B. regis & elect. Brunſvic. edictum de puniendis ferarum furibus de ann.* 1735. Ex hoc edicto, qui tale delictum intenderunt, carrui ſunt jungendi, & qui perpetrarunt, aut ad tempus, aut in perpetuum ad operas publicas condemnandi. Piſcium quoque furta inter ruſticorum locum habere ſolent delicta. Qui ex piſcinis & ſtagnis abripiunt ordinaria, ex fluentis arbitraria affici ſolent pœna. Vid. *conſtit. Auguſti de ann. 1663. Rudolphi Auguſti & Antonii Ulrici de ann. 1697. Ex conſtitut. Erneſti Auguſti*

hasce fraudandi leges ſit opportunitas, in *ordinationibus provincialibus* circa hæc delicta ſpeciatim, ruſticorum intuitu, *b* moneri ſolet.

§. V.

Ruſtici quoque ab equorum furtis abſtinere non ſolent. In terris Brunſvicenſibus equi fur, minoris licet ſit pretii, primum commiſſum furtum, & abductus equus reſtitutus, in furcam agitur. *a* Vid. conſtitut. Antonii Ulrici de an. 1695.

§. VI.

guſti de anno 1699. ſingulæ columbæ cicures, contra jus faſque enecatæ, duobus thaleris redimantur, & defectus pecuniæ carcere luatur. In lignorum vaſtatores & fures quoque animadvertendum eſt. Vid. *Auguſti edict. de an. 1637. 1645. 1647. & Ludovici Rudolphi conſtit. de an. 1731.*

b Ruſtici, ne laqueo inſidias leporibus tendant, aut eos imbecilles ob teneram ætatem curſuque infirmiores intercipiant. Hic & a perdicum, anatum, anſerumque ferorum, ut & alaudarum ſæpe alienarumque avium, notæ cujusdam interceptione prohibentur; neque volucrum illorum nidis ova excipere licet. Et, ut ruſticis, inprimis opilionibus paſtoribusque pecora paſtus ergo in ſylvas agentibus, omnis eripiatur occaſio, feras occidendi, bombardarum gerendarum illis adempta eſt poteſtas. *Auguſt. adminiſtrat. ordin. polit. c. XI.* Nec bombardæ ad fugandas ex ſegete feras adhiberi poſſunt, ſed clamoribus ſunt terrendæ. Quodſi vero ruſticus juſſum neglexerit, quinque thaleris in ducat. Guelpherbyt. mulctetur. Atque, ne moloſſi feras ſylvis latebrisque ſuis excutiant, tenerasque & curſu invalidas intercipiant, ut fuſtes aut ferreæ catenæ collo alligentur, variis promulgatum eſt ſanctionibus. Transgreſſoribus autem *in ducatu Guelpherbytano, ex conſtit. Auguſti,* 15. thalerorum pœna, alias arbitraria dictari ſolet, ſaltuariisque conceſſum, ruſticorum canes, absque fuſtibus, aut catenis e collo pendentibus circumvagantes, interficere. ROHRS Haußhaltungs-Recht, *lib. 6. c. XI. conſtit. Guelpherbyt. pag. 253. 343. 718. 719.*

a Penes Romanos, qui domitum pecus ſtabulo abducebat, vel ex paſcuis, vel armentis minorem numerum, quam qui *l. 1. §. 1. & l. 2. §. 3.* definitus eſt, non abigeus, ſed fur dicebatur. Abigeorum pœna pro varietate circumſtantiarum non una erat. Nonnunquam autem ad gladium, per

§. VI.

Pagi repagulis, foſſis & ſepibus vivis, multiplicato nexu conjunctis, a ruſticis muniri debent, &, ſi hoc omittant, ſingulis vicibus, quibus de eo admonentur, quadraginta florenorum mulctam luant *a*. Conducit enim, in territorio, adverſus hoſtium inſultus, firmatos etiam habere pagos, ante omnia, ſi in confinibus, aut ad anguſtas poſiti ſint fauces.

§. VII.

Inter delicta, quibus potiſſimum reipublicæ nocetur, non male crimen hageſtolziatus *a* recenſetur. *b* Quanquam

per quem aliqui pugnam cum beſtiis intelligunt, vel in metallum, nonnunquam autem in opus publicum dabantur PAULUS *lib. V. ſent. tit. 18. n. 2.* Hic abactoribus illos etiam, qui de ſtabulo abigunt, accenſet. Ex quo itaque conſtat, recte in loco CALLISTRATI *l. 3. §. 1. ff.* de abigeis legi, *plenius* puniendum, qui de ſtabulo abducit, non *lenius*, ut CUIACIUS *lib. VI. obſ. C. 8. &* IAN. LANGLOIS *in ſemeſtr.* Dicit quidem SCHULTING. *in annot. ad Paul.* Græcos quoque legere lenius: Verum huic refragatur, quod in Baſilicis eſt σφοδρότερον κολάζεται. Vid. HEINECCIUS *tit. de abigeis.*

a Ita conſtitutum *in ordinatione provinciali Guelpherbyt. §. 71.*

a De vocabuli etymologia, ut & de re ipſa, late agit SCHOTTELIUS *c. l.* BESOLDUS *in theſ. pract. in voce* Hageſtoltze. Romani lege Papia Poppæa in cœlibes, augendo ærario, pœnas ſanxerunt. TACITUS *lib. 3. Annal. c. 25.* Propagatio enim generis humani eſt ſuſtentaculum & firmamentum Reipublicæ, atque ſinguli ad matrimonium ineundem tenentur, quando commoda ſe ejus offert occaſio. Niſi tamen aliquis compoſitus ſit, ad exigendum caſtum cœlibatum, ſentiatque, plus ſe utilitatis poſſe procurare humano generi, aut civitati cœlibem, quam uxoratum, præſertim, ubi nulla prolis penuria metuenda. PUFENDORFF *de offic. hom. & civis L. 2. c. 2. §. 3.*

b Quinquaginta annos natus cœlebs facul-

quam rariores inter ruſticos ad matrimonium nauſeantes eſſe ſoleant. Cum tamen in terris Brunſvicenſibus in vicis quoque hoc nomen non ſit plane ignotum, & inter pœnarum compendia gratum fiſci augmentum exaudiatur, duobus ſaltem hic ejus mentionem facere volui.

§. VIII.

Inter ruſticorum delicta quoque eſt, privata cereviſiæ *a* coctio, ne ſcilicet princeps in tributo cereviſiario, quod

facultate de bonis quæſitis diſponendi privatur; quanquam & ſæpe initia Hageſtolziatus ad alios redigantur annos. Sic in *ſtatutis præpoſituræ Olsburgenſis* habetur: Ein Hageſtolte behorich in Probeſtinck, ſchall olt ſien ein un veſſtig (veſſtig) Jahr, un drey Dage, (drey Wecken) Un, ſo ein Probſting-Hageſtolte na ein un veſſtig Jahren (un drey Wecken) affſtörwe, ſo ſchollen ſick dee Probſte tho Ohlſeborg des verſtorbenen Hageſtolten tho behorich, un angefallen Gubt, Land, edder Hoffe mit rechte annmaten, un an ſeck nehmen. Ex quo apparet, hageſtolziatus lucrum ſæpe etiam aliis, quam principis fiſco, cedere. Sunt & territoria, in quibus virgines, vidui & viduæ huic juri ſubſunt, quod tamen in Guelphicis provinciis vix obtinuiſſe, puto. Puellis enim ſæpe non tam voluntas nubendi, quam ſponſi deſunt. Sicut durum eſſet, cœlibatus pœnas in eos detorquere, qui non manſere cœlibes: Ita & repulſa, ut & alia matrimonii legitima impedimenta, hanc pœnam auferunt. In terris Brunſvicenſibus tam electoralibus, quam ducatus hageſtolziatus jam penitus ſublatus eſt.

a Poſt introductas civitates & moderamina rerumpublicarum hodierna, potus quoque libertas eſt reſtricta, & varia circa liquores, augendo ærario, ſancita ſunt placita. Privata hæc incommoda publicis penſantur utilitatibus. In ANTONII VLRICI *ordinat.* braxatoria ſtatutum erat, fore, ut ruſticis, in ſuos uſus coquere, licitum ſit, cereviſiam, modo quemvis polentæ modium Himbde, cenſu, uncialis quantitatem æquante, redimerent. Verum ad fraudes & civitatum utilitatem idem princeps 1711. ſanxit: Als wir jedoch wahrgenommen, daß dergleichen Brauen auff dem Lande Zeithero dergeſtalt häuffig getrieben worden, daß dadurch bey den Städten, an Brau-Nahrung ein mercklicher Abgang

quod *Accife* appellant, defraudetur. Solet hic impingens aheni braxatorii & cereviſiæ amiſſione mulctari, ut & alia adhuc ſæpe illi irrogatur pœna. *Conſtit. Auguſti de anno.* 1655. Vide quoque *conſtit.* GEORGII LUDOVICI *elect. Brunſv. de anno* 1706.

§. IX.

In popinas irrumpere, atque ibi commeſſationibus graſſari, *a* chartis luſoriis teſſeriſque de lucro contendere, choreas & tripudia, inprimis diebus Dominicis immodeſta & laſciva exercere, merito interdictum. ROHRS Haushaltungs-Recht *lib.* 2 *c.* 7. Non raro enim hæc anſam præbent, ut ruſtica gens Murciæ litet, &, quæ ex hæreditate, aut operis habent, dilapidet. *Auguſti Adminiſtr. Magdeb. ordinat. polit. c. XII.*

gang verurſachet worden, auch dem, den Verlaut nach, dabey vorgehenden Unterſchleiff, der Gebühr nach nicht obſerviret werden können: So haben wir uns gemüßiget befunden, ſolche Freyheit, wegen des Keſſel-Bier-Brauens, bis zu anderweiter Verordnung gäntzlich auffzuheben.

a Cum autem privata, ut dictum, cereviſiæ coctio ruricolis interdicta, ad reficiendoſque artus laboribus fractos, hauſtibus eorum materiam præbeat caupo. Et, ne inter pocula rixas cieant, in aliquibus regionibus ſalutariter conſtitutum, ne compotationes in cauponis ſint liberæ, ſed, ſi quis cereviſia ſe velit recreare, ut intra proprios penates id faciat. Porro, ne plus juſto madidis indulgeat gens ruralis, in du- Brunſv. pretium cereviſiæ, de quo caupones fidem habere poſſunt, in agricolis ad florenum, in ſemiagricolis (Halbſpänner) ad 15. marian. & in coſſatis ad decem marianos, reſtrictum eſt. *Ordin. provinc. Guelpherbyt. art.* 97. Idem fere in *ordinat. polit. Auguſti adminiſtrat. Magd. c. XII. conſtitutum.*

§. X.

Luxui quoque ruſticorum & commeſſationibus in nuptiarum baptiſmorumque feſtivitatibus, ut & in aliis eorum conventibus, modus eſt poſitus. Exularent hæc penitus ex Chriſtianorum Republica, unde libidini, *a* furori, injuriis, *b* rixis, inimicitiæ, conflictibus anſa enaſcitur. Quicquid enim moliuntur Chriſtiani, ejus ſit generis, ut in nomine Chriſti fieri queat.

§. XI.

De corrigendis fraudibus, quæ circa linea fila, Garn, committuntur, ſupra monitum. Occurrunt etiam quandoque ruſticorum delicta, circa emollienda in aqua lina Flachs-Rothen. A RUDOLPHO AUGUSTO 1681. ſub pœna viginti florenorum prohibitum, ne lina, Flachs, vivariis, fluminibus, rivis, aliisque aquis, in quibus piſces habentur, emollienda immittantur. Pœna a contravenientibus ſtatim exigi & cameræ, aut alii, cui

a Delicta carnis inter ruſticos frequentiſſima ſunt, & conducit, ſeveriores in noxios hic ſtatuere pœnas, aut ad minimum illas, quæ ſtatutæ ſunt, exſecutioni dare. Vid. paſſim *ordinat. provincial. Guelpherbyt. & ordinat. politic. Cell.*

b De pœnis, quibus in calumniatores detrectatoresque animadvertitur, ut & de iis, quibus pugnos, aut tela inferentes lethalia, vulnerantesque coërcentur, *conſ. ordinat, provinc. Guelpherbyt. art. 77. ſeqq.* Et, cum ex crapula ſævientes ſæpe ſe ictibus contundere ſoleant, ne in mutuam ruant cædem, a nuptiis & caupona ſecures & bipennes excluduntur, & qui dicto morem non gerit, amiſſione armorum & thaleri mulcta, *ex art. 98. ordinat. cit.* eſt corrigendus. Peculiaris eſt pœna, quæ art. 81. in feminam rixæ auctricem eſt ſtatuta; mulctatur nempe viginti ulnis lintei, ſaccis idonei.

cui debetur, præſtanda eſt. Magiſtratus, qui connivendo peccant, pœnam in ſe ſuſcipere, & præterea duplum, quadraginta nempe florenos marianos, præſtare ſint obſtricti. Alia adhuc ejusdem ducis, fratrisque ejus ANTON. VLRICI an. 1692. eſt inſecuta *a* in qua pœna 20. flor. mar. nemini remittenda, eſt repetita, & additum, eos, qui non habent in ære, octo dierum carcere delictum hoc luere debere.

§. XII.

Cum incendiis frequentem materiam, lina, igne torrenda, & ad candelam, aut lampadem confrigenda, præbeant, ſub graviſſima merito pœna ſancitur, loca, ubi illud negotii perficitur, a ſtabulis & horreis, in quibus ſtramentum fœnumque aſſervatur, remota habere. *a* Neque illa nocturnis temporibus face, aut candela introire liceat;

a Conſultum omnino eſt, ne aquæ, in quibus piſces nutriuntur, & quæ in hominum & pecorum potus ſunt deſtinatæ per emollienda lina Flachs-Röſthen corrumpantur. Non ſolum enim inde piſces moriuntur, ſed & pecudes, venenatam tali modo aquam haurientes, marceſcunt, & moriuntur, nec non ad coquendam cereviſiam, & parandos cibos, adhibita, multa mala cauſatur. Ad emollienda itaque illa fila in locis paluſtribus foſſæ ſunt faciendæ, quæ nullam cum fluminibus communicationem habent, aut etiam ad fluminum latera, ita tamen, ut ex his in tales foſſas, fluminis alveo ſatis depreſſiores, nihil aquæ deductæ regredi, aut aliis fluentis ſe immiſcere queat. *Conſtit.* AVGVSTI WILHELMI *de an. 1721.*

a Communibus impenſis, ſiccandis confrigendisque linis, publica exſtruenda eſſent ædificia, a vicis remotiſſima. Et ne ſint nequitiarum latibula, ſub oculis duorum, vel trium inſpectorum, ſtatutis ſaltim temporibus, illi negotio operari deberent; quod munus ſingulis ex communitate per vices committi poſſet.

ceat; *b* neque ad iſtius lucem frumentum flagello excutere, niſi in lucernam ſit recondita. *Ordinat. provinc. Guelpherbyt. art.* 84. AVGVSTI *conſtitutio de an.* 1639. 1651. 1658.

§. XIII.

Contaminati quoque ſunt ruſtici amore alieni. Hinc & proximorum arva invadere, eisque aliquid aratro demere *a* audent. Ex *ordinat. provinc. art.* 60. ſinguli ſulci, telluri alienæ infiſſi, tribus florenis luantur, &, ſi quis altera vice vomere hic impingat, florenorum numerus duplicetur.

§. XIV.

Circa gramina, herbas ſegetesque varie delinquitur; nimirum, ſi aut auferantur, aut in pecudibus, ut a depaſcendis illis avertantur, debita non adhibeatur cura. Moribus Germaniæ *a* hic pignorationi locus; oportet autem, ut pecus pignori ſumtum, illi, cujus eſt jurisdictio in fundo, exhibeatur: neque tali poſſeſſoria pignoratione pax publica

b Præſtat, in vicis ſpeculatores publica autoritate munitos habere, qui facultate gaudeant, omni hora ruſticorum introeundi domicilia, inveſtigatum, an etiam ex legibus ibi vivatur.

a Sic, qui in fundum univerſitatis vomerem agit, aut palos illi immittit, tot pendat florenos, quot ſulcos fodit, quotque immiſit palos.

a Jure romano pignorationes ſunt vetitæ. *l.* 39. *§.* 1. *ff. ad legem Aquil.* Ex moribus itaque, quicquid hic eſt, juris, repeti debet. HARPRECHT *de jure pignorationis c.* 1. Repignorationes autem & penes nos ſunt illicitæ. Vid. plur. in STRYCKII *uſu mod. ff. ad tit. ſi quadrup. paup. fec.* Cautionem tamen præſtanti animalia pignorata ſunt extradenda.

blica violatur. Cavendum autem, ne pignorationes illæ juſtitiæ limites excedant. *b*

§. XV.

Domini adverſus moroſos, qui in præſtandis majoraticis cenſibus nimis negligentes ſunt, jus pignorandi adhibere poſſunt, niſi meieri, wegen Miswachs, Heerzugs, Hagel, und Mäuſe-Fras der ſonſten, welches ſie, ſo offt ſich ſolches zuträgt, zu rechter Zeit anmelden, und den Augenſchein bitten ſollen, ſe ab eo, quod ſuarum eſt partium, liberare impediantur. *Receſſ. provinc. Gandersh. de an.* 1601. §. 28. Cauſa itaque adeſſe debet legitima, ſi pignorationes tales, civiliter *a* tamen, exerceri debeant. Multo minus ſine graviori cauſa meierus colonario privari poteſt fundo. *b*

§. XVI.

b *Receſſus Saltzthal. §. 21. 33. receſſus Guelpherbyt. §. 28.* Nec pecus noſtro fundo damnum inferens, obtruncari poteſt. MEV. *p. I. §. 34. n. 16.* Excepta autem dicuntur animalia, quæ ob celeritatem aut volatum commode pignorari non poſſunt. Sic moribus nonnullorum locorum, jure Saxonico innitentibus, gallinæ, anates, anſeres canibus ſegete expelli poſſunt, licet aliqui eorum ab iis interficiantur. Imo alicubi & bombarda animalia hæcce transverberare licet, quod autem non, niſi herus eorum aliquoties admonitus, ut rectius curet, ne damnum ejus animalia faciant; obtinere nonnulli volunt. STRYCK. *de jure pignorandi c. 4. n. 3.* Solent autem in pagis certi pignorationibus præpoſiti eſſe lictores, qui, ſi negligentia in exequendo munere peccant, damnum a pecoribus datum, reſarciant; ſi autem dolo & indulgentia, virgis cæſi territorio ejiciantur. *Ordin. provinc. Guelpherb. §. 65.*

a Si qui juſtum pignorandi modum excedunt, pœnæ ſubſint. Idem in eos, qui juſtis ſe opponunt pignorationibus eſt ſtatutum. *Receſſ. provinc. Hanoveranus de an. 1639. in corp. conſtit. elect. Brunſvic. part. IV. C. VIII. p. 85.*

b Reipublicæ intereſſe, ne meieri ſine juſta cauſa prædiis ſuis exuantur, validis rationibus probatum ivit celeberr.

§. XVI.

Nihil agrorum domini in ſe deſiderari patiantur, quo minus arva & hortos ſepibus includant. Sedulo igitur cavendum, ne ſudes in acumen deſinant; *a* quodſi enim præacutos in ſepibus habere liceret ſtipites, fera aut cicura animalia, forte in illos acta, vulnerationis, imo vitæ periculum ſubirent. Et, ſi quid hic neglectum, ille, cujus dolo aut culpa peccatum, damnum reſarcire debet. *Ordin. provincial. Guelpherbyt. art. 59*

§. XVII.

Et, ne oberrantia pecora ad paſcua agroſque alienos accedant, paſtoribus cuſtodienda tradantur. *a* Hinc & vigil nocturnus in pago equis conſtituatur; quique illi ſuos non committunt equos, in territorio Guelpherbytano, præfecto judiciali 10. florenos exſolvant, & qui ſub cura privati cuſtodis

herr. STRUBIUS im gründlichen Bericht von den Abmeyerungs-Recht.

a Etenim amori proprio quidem eſt ſtudendum, ita tamen, ut proximi non obliviſcamur. Imprimis autem ejusmodi ſanctiones probe ſunt obſervandæ, quoniam principis commoda reſpiciunt.

a Hiſce tamen, ut & aliis a feſto Walpurgis in communia æque ac privata paſcua pecus agere, vetitum, & ſi hic impingatur, florenus judicio ſolvendus. Ex illo enim die nova ſolent redire campis gramina: Aſt domino, ut ſua pro lubitu tractet, inſtar ſubditi tamen, ſalva eſt facultas. Cumque ſæpe circa limites paſcuorum agrorumque fides a vicinis fallatur, in limitum motores merito acerbiſſime animadvertitur. Nec minus delinquunt, qui per prata, hortos, agroſque alterius, itinera & vias noviter faciunt. Utrisque in ducatu Brunſvicenſi ſtatuta eſt pœna; illi viginti florenis, hi damni dati æſtimatione & floreno, judici præſtando, mulctantur.

ſtodis ſuos patitur eſſe, ſingulas noctes floreno redimat. *Ordinat. provincial Guelpherb. art. 65.*

§. XVIII.

Caveant quoque paſtores, ne pecora ad loca paludoſa aut in quibus linum molleſcit, [a] aquatum appellant. Tabida enim ex iſtis hauſtibus fieri ſolent, & inteſtina eorum putredine corroduntur. Quodſi autem hoc negligant, damnum inde datum reſarciant, oportet, & mulcta, aut carcere corrigantur.

§. XIX.

Nonſolum enim pecudes, ſed & ipſi vicini, terris fruges ad ſe non ſpectantes, detrahere ſolent. Itaque nonnullis in locis obtinet, ut præter damni dati penſationem fruges, rapas, aut alia olera agreſtia furantes, corbi in aquam demittantur, ſubmerganturque. Sæpe tamen & gravior locum habet pœna, præſertim, ſi furtum hoc eſt reiteratum. [a] *In ordinat. provinc. Guelpherbyt.* etiam collectio glandium, ſub pœna 10. florenorum eſt prohibita.

[a] Neſcio, quid virulendi habeat linum, ex quo piſces quoque emoriuntur. Hinc nefas eſt, rivis, alendis piſcibus aptis, illud inferre, & leges provinciales hic negligentes non levis manet pœna. In ducatu Brunſvicenſi illis viginti florenorum mulcta irrogatur. *Ordin. polit. art. 52.* Vide quæ hac de re antea dicta ſunt.

[a] *Ordinat. Burgor. pagorum & agrorum Brandenb. §. 41. 42.* ſequentem in modum diſpoſitum: Es ſoll weder Alt noch Jung in andere Leute Gärten oder Höffe kommen, daſelbſt die Gewächſe um Früchte abzuſchlagen und zu ſtehlen; ſo jemand darüber betroffen wird, es ſey Kind, Jung oder Alt,

§. XX.

Ex *ordinat. provinciali Guelpherbyt. art.* 81. fures rerum ad molas, aratra, aut agriculturam ſpectantium, antiqua conſuetudine ſeveriter puniendi ſunt. *a*

§. XXI.

In delictum furti nonnunquam ruſticorum ſervi & ancillæ propendent, non tam lucri faciendi cauſa, quam ut pecoribus, curæ ſuæ commiſſis, lautius aut copioſius præbeant pabulum. Nec hoc maneat impunitum, quoniam dominum fallere illumque frumenti parte emungere audent. Itaque, ſi non habent in ære, quo damnum rependant, luant in corpore.

§. XXII.

Alt, ſo ſoll jede Perſohn dem Amte mit 2. Rthlr. Straffe verfallen ſeyn, und demjenigen, ſo er beſtohlen hat, ſatisfaction geben, ꝛc. *In conſtit. crim. art. 167.* furibus frugum nocturnis eadem, quæ in alia furta, ſtatuta eſt pœna; diurnis autem mitior. Non tamen in priori caſu usque ad mortem progredi poſſe, interpretes putant. CARPZ. *prax. crim. q. 83. n. 35.* In Saxonia olim furtum pomorum, aliorumque ex arboribus fructuum, triginta ſolidis luebatur. Hodie pœna arbitraria locum habet. STEPHANI *ad art. 166. conſtit. crimin.*

a Non tame: rotæ pœna, jure Saxonico hic decreta *lib. 2. art. 13.* ſed arbitraria injuncta cenſetur, quæ hodie cum pœna furti ordinaria haud dubie coincidet. Quanquain gloſſator arbitretur, & jure Saxonico pœnain rotæ non obtinuiſſe, niſi equi, qui aratro juncti erant, obducti ſunt, aut frumentum ex mola abreptum. Hodie in Brunſvicenſibus, ut & aliis Germaniæ territoriis, abactores, ſive ex ſtabulis, ſive ex paſcuis equos furto abducant, patibuli pœna afficiuntur; licet primum ſit furtum, minoris etiam pretii, aliæque adſint circumſtantiæ mitigantes.

Digitized by Google

§. XXII.

Ad cenſum ruſticorum delictorum etiam fraudes, quæ ab opilionibus committuntur, referri poſſunt. Inter has præcipuum eſt, quod aliquibus in locis dicitur Küſſeln, alibi Schäffer-Parthiererey. Deſcribitur a RHETIO *in diſſ. de aſtutia opilionum §. XXVIII.* quod ſit *artificium, ſeu calliditas* [a] *opilionum, qua dominum, lucrifaciendi ergo, defraudare ſciunt ovibus, indeque provenientibus fructibus ac commodis.*

§. XXIII.

Nec ruſticis in contractibus deſunt fraudes. Sæpiſſime equis, variis mendis affectis, alios decipere ſolent, aut ab aliis decipiuntur. Atque præter redhibitionem, ſi vitio notabiliori [a] venditum laboret jumentum, in illum, qui emtorem circumvenit, arbitraria ſtatuatur pœna, quo alii a tali deterreantur facinore.

[a] Modos, quibus hæc calliditas in actum deducitur ſequentes enarrat RHETIUS *loc. cit. §. XXX.* 1) Dominorum oves probas abripiunt, & morboſas in eorum locum ſubſtituunt. 2) Ut dominis imponere queant, oves eſſe mortuas, aures, aut etiam pelles ovinas, a mactatoribus, aut ab eis, qui mortuas deglubant, emtas, ipſis offerunt. 3) Domino ſubtrahunt agnos. 4) Habent inſtrumentum, quo oves pectunt, & lanam abſtrahunt. 5) Ad fraudes ſuas aſtuta tegendas, oves, acu certo loco in capite vulneratas, necant & deinde vendunt, aut ipſi eis veſcuntur. 6) Modo cutem aperiunt cultello, & poſtea per illud foramen extrahunt pinguedinem.

[a] De equorum defectibus notabilioribus; ex profeſſo egit RÖVENSTRUNCK. Vide quoque *Erneſti Auguſti electoris Brunſvicenſis conſtit. de anno 1697.*

§. XXIV.

Denique non infrequens in ruricolarum gente eſt familiæ ſeductio. Itaque & hic ejus machinationes condignis ſunt compeſcendæ pœnis. Hic locorum ſeductores hujusmodi, licet ſaltem domeſticos majori mercede a ſervitiis aliorum abſtrahere nitantur, quinque florenorum pœnam pendere tenentur. Servi autem, vel ancillæ, ante tempus dominorum ſervitia relinquentes, *a* mercedem amittant, & a magiſtratu, ut redeant ad ſervitia, urgeantur: repugnantes vero in carcerem conjiciantur, &, ſi circumſtantiæ requirant, aliquid gravius in eos decernatur, *b* terrisque ejiciantur. *Ordin. provinc. Guelpherbyt. art.* 89. 90.

§. XXV.

Hæc ſunt delicta ruſticorum, quæ ſeſe nobis obtulere; poſſent adhuc alia addi, ſed varia ſunt argumenta, quæ nobis brevitatem ſuadent.

CAP.

a Diſcendentibus his etiam non eſt licitum, auff ihre eigene Hand zu ſitzen. Vid. *conſtit. Rudolphi Auguſti & Antonii Ulrici de an. 1703.*

b *In Auguſti adminiſtr. Magdeb.* Baur-Geſinde, Handwercker und erneuerter Schäfer-Ordn. *c.* 17. iii injuſte diſcedentes pœna fuſtigationis cum relegatione eſt ſtatuta, aut ad operas publicas, ubi aqua & pane tantum nutriantur, ſunt condemnandi.

* * * * * * * * *

CAP. VII.

DE

PRIVILEGIIS RVSTICORVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Ruſticis peccandi non competit impunitas. In crimine læſæ majeſtatis & homicidio nullum ruſtico eſt privilegium. In quibus nullum ruſtico ex ſimplicitate, aut juris ignorantia præſidium? Cui fundus deſertus cedat? An emphyteuſis eccleſiaſtica interdum etiam ad extraneos tranſmittatur heredes. Quid circa caducitatis, quam vocant, pœnam obtineat. Ruſticorum etiam circa contractus ſua ſunt privilegia. Immunitatis privilegium, quod ruſticis deſertos agros colentibus, conceditur. Mercedes pro operis ruſticis ſingulis diebus ſunt porrigendæ. Ruſtici privilegium in condict. indebiti. Circa pignora agreſtium privilegium. Ruſticos, ut talis munere ſe a tutela excuſare non poteſt. De ruſticorum teſtamentis. De ruſticorum privilegiis judicialibus.

§. I.

A ruſticis non impune delinqui, ex capite præcedente conſtat. Nihilominus illis ob ſimplicitatem, miſeram vitæ condictionem & juris ignorantiam ſæpe quid condonatur; atque ſic circa delictorum reatum [a] æque, ac alia vitæ humanæ negotia, quædam competunt privilegia.

§. II.

Excuſare, dicunt, ruſticitatem cum ſimplicitate conjuncta, [a] in

[a] Non, quod plane impune impingere queant, ſed quod non ubique in peccata eorum tam rigide animadvertatur, prout eſt in lege pœnam dictante. (*Gœbel de Jure Ruſtic.*)

[a] Ruſtici verſuti & fugaces, ob ruſti- [illegible]

in crimine blaſphemiæ; multo magis, ſi præſumtiones adſunt, ex incogitantia peccatum eſſe. Non tamen facile hic ab ultimo ſupplicio recedendum putarem, *b* ſi blaſphemia in ipſum Deum effutita, niſi urgentiſſimæ adſint circumſtantiæ mitigantes. Sic & ruſticitas in hæreſi *c* aliquantum excuſabit, niſi nimia appareat ſolertia. SIMANCHA *in enchiridio C. 46. N.* 17 Denique ſimplicitas ruſticum excuſat a perjurio, ſi vero ſimilis eſt error, ut docet ANGEL. *in auth. de teſtib. §. ſi vero ignoti col.* 2.

§. III.

In crimine læſæ majeſtatis ex ſimplicitate ruſtico pœnæ

citatem non excuſantur; quinam autem tales cenſendi, a judicis pendet arbitrio. MENOCH. *de arbitrar. jud. quæſt. lib.* 2. *cent.* 2. *cap.* 194. *n.* 3. 4. Miſeris tamen, qui tali deſtituuntur calliditate ex æquitate ſubſidium. *Agricolis tamen jure ſuccurſum eſt* inquit, CHOPPINUS *de privilegiis ruſticorum lib. I. c.* 1. *Boni judicis officio, nonnunquam etiam principis reſcripto, in eam cauſam adhibito, ac implorato. Ubicunque enim æquitas judicantem moverit, ſimplicitati ruſticanæ ſubveniendum reſpondit* DOMITIUS ULPIANUS *lib. IV. ad edictum in l.* 1. *§. ult. ff. de eden.* PAULUS *lib. III. quæſt. in l. cum indebito §. ſeu autem ff. de probat.* CALLISTRATUS *lib. I. de jure fiſci in l. ex quibusdam §. ult. ff. de jure fiſci.* Elegans eſt Plutarchi ad Trajanum dictum: *Dedibus ſolo jugiter inhærentibus captantur agricultores, quibus capitis providentia tanto magis neceſſaria eſt, quo plura inveniunt offendicula, dum in obſequio corporis in terra gradiuntur, eisque juſtius tegumentorum debetur ſuffragium, qui totius corporis erigunt, ſuſtinent, promoventque molem*, id eſt reipublicæ.

b Accedo namque DECIANO *in tractatu criminali lib. VI. c. V. n.* 10. qui improbat, ruſticum atrociſſimas & geminatas in Deum proferentem injurias, capitis pœna non affectum, ſed tantum ad triremes damnatum eſſe.

c Sunt, qui dubitant, an hæreſis ſit tale crimen, ut in eam pœna quadam corporali animadverti queat, niſi errorem aliquem in reipublicæ detrimentum vergentem, involvat, quem celare recuſant contumaces nec migrare volunt.

næ mitigatio vix ſperanda. Fides enim in patriam & reverentia principis dignitati debita, juris eſt naturalis hypothetici, quod ſocietates civiles præſupponit; ab iis autem, quæ juris naturalis ſunt, plerumque ruſticitas non excuſat. *a* Ita & in crimine homicidii, ſocietati humanæ inprimis noxio, raro *b* in ruſtico pœna minuitur. Denique pœnalibus

a Varia a JCtis afferuntur, in quibus nullum ruſtico ex ſimplicitate, aut juris ignorantia præſidium. Huc referunt, ſi contra jus naturæ & gentium erratum ſit, aut, ſi leges promulgatæ expreſſe dicant, id, quod juſſum, ſtricte obſervandum, & tam ſimplices, quam alios ſub legis præſcripto contineri. CHOPPINVS *de privileg. ruſticorum lib. I. C. 5. N. 1.* ROLANDVS A VALLE *part. 1. conſil. 54. N. 8.* Eſt autem hic ſermo, de capitibus juris naturæ communibus & præcipuis, quæ ita plana & liquida ſunt, ut ſtatim aſſenſum inveniant. Nam in aliis, quæ, ope ratiocinii, ex principiis naturalibus deducuntur, ſæpe etiam peritiores hallucinantur. Neque tamen exiſtimo, ad illum cenſum ſpectare, ſi patronum aliquis in judicium vocaverit ſine permiſſione. Deinde, quæ ſolennitates in certis actibus præſcriptæ ſunt, ab illis, nec ruſtici dicuntur immunes, nec gaudent privilegio, ſi quid forte circa eas neglectum ſit; præſertim ſi peritos in propinquo habeant, quos conſulere poſſint. Porro in his, quæ ad rigorem juris conſervandum ſtatuta ſunt, juris error pagano nocet, ſpe omni præciſa reſtit. in integrum. Vid. plur. apud CHOPPINVM *loc. cit.* & MENOCH. *de arbitrariis judicum quæſt. lib. 2. cent. 2. caſ. 194.* Neutiquam tamen CHOPPINO, contendenti, nunquam ruſtico ignorantiam ſuffragari, ſi, quorum conſilio cautior evaſurus, copiam habere potuerit, ſine omni aſſentiri poſſum limitatione. Nam ad circumſtantias eſt reſpiendum, & peritorum conſilia ruſticis, etiam urbi vicinis, non raro admodum ſolent eſſe gravia.

b Contendunt nonnulli, agreſtes, qui milites, ſe injuria & variis incommodis adficientes, cæco quaſi impetu obtruncarunt, ordinaria pœna plecti non poſſe, ſed virgis cæſos, exſilio mulctandos eſſe: Horum autem ſententiæ ſubſcribere non poſſum. Quidni enim judex adeundus, aut ille, cujus imperata miles facere tenetur, ut ex milite debita ſumatur pœna, atque is, æquitati & modeſtiæ ſtudere, admoneatur. Quodſi autem ruſticus ab illis, qui militibus præſident, nihil auxilii impetrare queat, nec miles miſerum ſæviter tractare deſiſtat, illorum ſententiam

bus delictis nulla obtendi poteſt excuſatio ruſticitatis, veniæque deprecatio ab eo, qui, dum leges invocat, contra præcepta legum dolo committit CHOPP. *lib. I. C. 5.*

§. IV.

Dubito an CHOPPINI doctrina, quam *lib. II. C.* I. *de privileg. ruſticorum* habet, ſcilicet ſola biennii poſſeſſione agricolæ fundum, ab alio domino deſertum, quem ad culturam reduxit, acquiri. Scio quidem hoc jure Romano *l.* 8. *&* l. 14. *C. de omni agro deſerto lib. XI.* ſtatutum eſſe: Verum opinor, Germaniæ territoria hic magis ad æquitatem naturalem, introductas ſocietates civiles præſupponentem, quæ deſertos agros territoriali domino tribuit, quam ad jus Romanum reſpiciendum eſſe. *Plerumque enim dominium generaliter primum populo, aut ejus capiti quæſitum; atque deinde ita in privatos facta diſtributio, ut tamen eorum dominium ab illo priore dominio pendeat.* a

§. V.

Id tamen largior, ſi eccleſia alicui fundum ſterilem in emphyteuſin dat, a quo multis ſumtibus ad fertilitatem reduca-

tentiam admittendam eſſe, forte putaveris, quoniam tunc ruſtici, absque reipublicæ tutamine, in ſtatu quaſi naturali, ubi judicia ceſſant, conſtituti, defenſionem, quæ juris eſt naturalis, moliri videntur.

a *Hoc igitur modo cum diſtributa dominia pendent a domino generali, ſi quid domino particulari carere incipit, non ſit occupantis, ſed ad univerſitatem, aut dominum ſuperiorem redit.* GROTIUS *de J. B. & P. lib. II. C. III. §. 19.* Quod ſi vero princeps a bonæ fidei poſſeſſore fundum occupatum repetat, ut ipſi expenſa reſtituat, æquum eſt.

ducatur, prædium illud ad extraneos *a* etiam transmitti heredes, cum alias ſacra emphyteuſis nonniſi ad deſcendentes tranſire ſoleat LVDOV. *Rom. in ſing.* 369. FELIN. *in C. in præſentia de probat.* FVLGINEVS *de ſucceſſ. in bon. emph. quæſt. I. n.* 3. 4.

§. VI.

Caducitatis pœnam ex ſimplicitate quoque ruſticorum eſſe limitandum, docent: ita ut ruſticus, etiamſi canonem intra tempus, legibus præſcriptum, non ſolvat, emphyteutico fundo minime illico ſit ejiciendus. *a* Hoc autem exceptionem pati arbitror, ſi lege, aut litteris inveſtituræ, pœna hæc privationis eſt expreſſa; tunc enim emphyteuta ſe juris *b* ignorantia excuſare nequit. Nec opus

Oo 3 eſt

a Saſerna apud Columellam dicebat: *Privatis agrorum dominis maxime dandum eſſe operam, ut aſſiduos colonos perpetuo in villa aſſervarent, quando ſibimet ipſis non liceret, aut per domeſticos colere non expediret.* CHOPPINVS *de privileg. ruſtic. lib. II. C.* 2. Legibus Romanis conſtitutum, augendas non eſſe colonorum penſiones, quorum ſolertia fundorum pretia ampliantur. L. 2. C. de fundis rei privatæ.

a Neſcio, an CHOPPINO, *de privilegiis ruſticor. lib. I. C. I.* aſſerenti, quod adverſus agricolam non inducatur contractæ obligationis præſumtio, ex diutina reditus annui præſtatione, ſubſcribendum ſit.

b Durum eſt, ruſticos puniri ob transgreſſionem legum, quas non intelligunt, & quæ nunquam ipſis promulgatæ, ſed eruditorum ſaltim manibus teruntur, & varie detorquentur. Ex dictamine juris naturæ olim Valentinianus & Marcianus ad Palladium reſcripſerunt: *Leges ſacratiſſimæ, quæ conſtringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent, ut univerſi, præſcripto earum manifeſtius cognito, vel inhibita declinent, vel permiſſa ſectentur.* Fateor tamen, & penes Romanos, licet lingua latina leges conſcriptæ exſtarent, multa obſcurius tradita fuiſſe, quæ non tam ex ipſis legibus, quam interpretum diſceptationibus & ſententiis, ex æmulatione, odio, avaritia ſæpe profectis, enaſcebantur. Maximo

Digitized by Google

eſt magna perſpicacia, *c* ad obſervandum tempus determinatum, intra quod canon eſt præſtandus.

§. VII.

Et circa conventiones ruſtici privilegiis quibusdam gaudent. Quæ circa emphyteuticos contractus & donationum pacta ruſticorum poſſint eſſe privilegia, tangit CHOPPINVS *de privileg. ruſtic. lib. III. C.* 3. 4. Fatendam, pleraque, ejus ad Gallos ſpectare. Sunt, qui tradunt, ruſticum in contractibus ineundis toties excuſari, quoties colat agrum, ſecundum conſuetudinem aliorum. DECIANVS *vol.* 1. *reſp.* 13. *N.* 18. CHOPPINVS *lib. III. C. II.* Formulæ enim contractuum ſæpe a ruſticis, qui promittunt, quod non capiunt, minime intelliguntur. Itaque & ruſticum in contractu emtionis & venditionis, beneficio *leg.* 2. *C. de reſcindenda venditione*, renunciantem, nihilominus illo frui poſſe, docent. Præſumitur

Maximo enim jurisprudentiæ malo, illa jam tum in artem cauponariam & cereum quaſi naſum, in omnes partes flexibilem, verſa erat. Optarem, ut in rempublicam noſtram boni redirent mores, & leges ſupervacaneæ atque ad genium gentis noſtræ parum factæ, penitus ex ea proſcriberentur. Conduceret ſane, in lingua noſtra potiores conſcriptas habere leges, atque eas una cum ſacro Codice, omnibus diebus dominicis, populo prælegi, ſingulisque patribus familias injungi, in ædibus ſuis, tam ſacrarum, quam profanarum legum Codicem habere; ex quibus poſt cœnam ad minimum domeſticis unum aut alterum caput eſſet prælegendum, inculcandumque.

c Ita & ruſticus in recognitione feudi nullam habet prærogativam, ſi tempus, intra quod recognoſcendum, inveſtituræ litteris expreſſum, aut in vulgus notum. ROSENTHAL *in ſynopſi juris feudalis p.* 652. Hic juris ignorantiam admittit, ſi ruſtici eam jurejurando aſſerant, concurrentibus aliis ſimplicitatis indiciis, & quando peritiores non potuerint conſuli.

mitur enim ruſticus, quod qualeve ſit hoc beneficium, ignoravisse; ſic, ut potius facilitate, quam conſulto & ex liberalitate illud remittere videatur. THOLOSANVS *in ſyntagmate juris l.* 28. *c.* 25. *n.* 15.

§. VIII.

Supra jam tum monitum, incultos agros ad culturam reducentibus, immunitatem ab oneribus, ad aliquot ſaltem annos, concedendam, quod privilegium, cum favorabile ſit, late eſt interpretandum. DECIANVS *vol.* 4. *reſponſ.* 2. *n.* 10.

§. IX.

Inter ruſticorum quoque privilegia refertur, [a] quod merces pro operis, meſſis aut alio tempore, ex conductione præſtitis, ſingulis diebus porrigi debeatur. Hoc legi divinæ ex aſſe convenit, ut & æquitati. Nam hujus generis operarii, ex ſtipe illa vitam trahunt, nec ſtomachus in alterum, aut tertium diem dilationem patitur; deinde ex æquitatis jure omni temporis articulo, quo aliquid laboris abſolutum eſt, merces pro particula illa laboris debetur.

§. X.

[a] Ex jure communi mercedem non ante poſſe expeti, quam labor ad finem perductus, vel tempus, de quo conventum, ſit elapſum, ſecundum *gloſſ. leg.* 1. *ff. de migrando*, aſſerunt.

§. X.

In condictione indebiti, ruſticum ab onere probandi liberant, *l. 25. ff. de probat.* Rationem addit FERRETUS, quoniam in ruſticum non cadit prudentia illa, qua præſumitur, ſolventem non jactare ſuum, ſed voluiſſe potius debitum exſolvere: Verum de hujus aſſerti veritate dubito, præſertim, ſi præſumtio aliqua contra ruſticum adſit.

§. XI.

Circa jus pignorum, ſingulare ruſticorum occurrit privilegium, quod in rebus venditis in Saxonia pignus retineant, etiamſi de eo nominatim ſibi non proſpexerint. RAUCHBAHR *quæſt. 6. n. 7.* RICHTER *de jure & privilegiis creditorum c. 2. membr. l. n.* 44. quamvis huic aſſerto contradicat CARPZ. *parte 2. conſtit.* 23. *defin.* 19. Interim *in ord. prov. Magd. c.* 49. *claſſe* 1. §. 5. hoc expreſſe ſancitum eſt. *a* Porro trahunt huc etiam, quod in pacto antichretico tacito, etſi fructus legitimum uſurarum modum excedant,

a In Haſſia hoc ruſticorum privilegiis non accenſendum, cum & aliis venditoribus competit, nec in Bohemia, modo contractus archivo judicii fuerit inſinuatus. MARTINI *tit. 2. §. 2. n. 16. 17. §.* Gaudent & ruſtici privilegio, quod inſtrumenta agriculturæ deſtinata, non ſub generali comprehendantur hypotheca, nec in ea, quamdiu aliæ adſint res, in quas illa exerceri poſſit, exſecutio fieri queat. Sine illis inſtrumentis enim neceſſaria ſibi comparare nequeunt alimenta. STRYCK. *in U. M. ad. tit. de pignoribus §. XVI.* MAGERUS *de advocatia armata c. 4. n. 421.* MENCKE *ad tit. ff. de re judicata.* Sic & in favorem agriculturæ, quæ nec per momenti ſpatium ſuſpendi debet, in ruſticis ſervitutibus & prædiis novi operis nunciatio non habet locum. THOLOSANI *ſyntag. juris univerſi lib. 4. c. 27. n. 13.*

Digitized by Google

cedant, creditori ruſtico nihil in ſortem imputetur, modo fructus ſint incerti & commutabiles. Contra a ruſtico antichreſin paciſci non licere, dicunt. ARG. *N.* 32. 34. RITTERSHVS *ad novell. part. III. C.* 10. *n.* 21. CHOPPINVS *de privileg. ruſtic. lib. I. C.* 5. Quod ad uſuras *attinet*, ex Novellæ 32. *c. I.* dictamini a ruſtici nonniſi trientes, id eſt quatuor pro centum exigi poſſunt. CARPZOVII *diſſert. de privilegiis ruſticorum C. IV.* §. *XI.* Dubito autem an hoc ruſticorum privilegium unquam in Germania receptum fuerit. Porro automant, a ruſticis in prædium urbanum illata, locatori tacito pignori non eſſe obnoxia. CARPZ. *l. c. c.* 5. §. 14. Quid in Friſia, ratione tacitæ hypothecæ in prædiis ruſticis obtineat, ex Hubero docet HEINECCIVS *tit. D. in quibus cauſis pign. vel hypotheca tacite.*

§. XII.

Quaſi contractibus annumeratur tutelæ adminiſtratio, quam & ruſticus, a lege, aut voluntate ſive teſtatoris, ſive magiſtratus, tutor conſtitutus, ſuſcipere tenetur, nec privilegio, ex ſua perſona deſumto, *a* ſeſe ab hoc onere excuſandi, gaudet. Quos enim impuberes in pagis tutores habe-

a Dubium moveri poſſet, *ex l. 6. §. de excuſat. tutor.* Sed in ea dicitur, Paulum ſcribere, mediocritatem & ruſticitatem interdum excuſare, id eſt, ſi cum ſimplicitate, quæ ruſticum ad res tutelæ agendas plane ineptum reddit, eſt conjuncta, quod & ex Hadriani & Antonini ſequenti reſcripto pateſcit: Ejus, qui neget, literas ſcire, excuſatio accipi non debet, ſi modo non ſit expers negotiorum. Neque matri ad ſecunda vota transeunti, filiis non petito tutore, ut pœnam ſenatusconſulti Tertulliani evitet, ruſticitatem opitulari poſſe, arbitror. Ex ipſo enim naturæ dictamine mater de filiorum tutela ſollicita eſſe debet.

Digitized by Google

haberent, ſi ruſtici quique huic oneri ſe ſubtrahere poſſent. Interim circa ea, quæ tutori incumbunt, ruſticitati aliquid remitti, ſunt, qui putant. *Videatur* CHOPINUS *de privil. ruſtic. l. I. C. 5.*

§. XIII.

Quodſi vero ruſtici in conventionibus, quas cum aliis ineunt, lædantur, in caſibus a jure expreſſis, beneficio reſtitutionis in integrum gaudent. ARISMINI TEPATI *deciſ.* 109.

§. XIV.

Notiſſimum eſt *ex l. ult. C. de teſtament.* in ſolennibus ruſticorum *a* teſtamentis, quinque ſufficere teſtes, *b* ſi plures haberi non poſſint. Imo *jure Canonico C.* 10. *X. de teſtament.* *c* & moribus nonnullorum locorum, coram paro-

a Quod & ad alios ruri degentes extenditur. STRYCK. *de cautel. teſtament. c. XIII. §. 5.* E contrario ruſtici in urbe, aut ſuburbio commorantes, ordinarium teſtium numerum adhibere debent. DAVTH. *ad l. ult. n. 2. C. de teſtam.* FABER *in codice Sabaudico lib. 6. tit. 5. def. 26.* MEVIUS *ad jus Lubecenſe part. II. tit. I.*

b Fœminas excludi, extra dubium pono, alias non neceſſum fuiſſet, aliquid ex teſtium numero remittere, ſi plures, quam quinque, non reperirentur. Etenim nullus facile erit pagus, ubi annumeratis fœminis, non ſemper plures, quam quinque perſonæ, ad ferendum hic teſtimonium aptæ, haberi queant.

c Jus canonicum in terris Germanicis, circa rem teſtamentariam, nullam habet auctoritatem, niſi, quatenus moribus eſt receptum, quod ab allegante eſt probandum. In terris Saxonicis hanc diſpoſitionem juris Canonici in ruſticorum teſtamentis eſſe receptam, teſtantur WESENBECIUS *part. 3. conſil. 130.* RICHTER *deciſ. 28. n. 2.* Negat. CARPZOV. *P. III. C. 4. §. 40.* Quamplurimæ dantur regiones, in quibus teſtamenta ruri condita, non amplius

Digitized by Google

parocho & duobus teſtibus, validum condi poteſt teſtamentum.

§. XV.

Nec in judicialibus ſine privilegiis ſunt ruſtici. Cauſæ illorum ſummariter ſunt tractandæ; quoniam nec labores continui, nec tenuiores facultates prolixos illos admittunt proceſſus. *Nov.* 80. *c.* 1. 2. 3. *ordinat. pol. Cell. C.* 10. CARPZOV. *lib.* 6. *c.* 10. *reſponſ.* 122. *proc. jur. tit.* 1. *art.* 1. *v.* 69. Sic & libellorum defectus in ruſticis diſſimulandi dicuntur, & res ſecundum bonum & æquum determinandæ: Sed cum libelli non a ruſticis, ſed ab advocatis concipiantur, vix crediderim, libellum gravioribus vitiis ſcatentem, *a* a judice admiſſum iri. Conſultum eſt, ut in cauſis agreſtibus ſcriptæ excludantur diſceptationes, & litigantes, absque advocatorum eloquiis audiantur.

§. XVI.

Sunt nonnulli Doctores, qui putant, ruſticos tan-

quam

plius ſunt privilegiata, cum omnes, qui teſtamenti factionem habent, coram notario & duobus teſtibus valide teſtentur, quod in Gallia & Belgio obtinere, docent IMBERTVS *in enchiridio juris Galliæ p.* 115. ZOES. *ad tit. ff. qui teſtamenta facere poſſunt*, & VOETIVS *in compend. ff. ad eundem in fine.* CHOPPINVS *de privileg. ruſtic. lib. I. C.* 2.

a Solennis quidem non requiritur libellus; opertet tamen, a contradictionibus ſit immunis, cauſaque petendi & petitum tam clare & diſtincte exprimat, ut judex perfecte ſcire queat, quænam ſit actoris intentio. Sic & ruſticum, absque refuſione expenſarum, libellum emendare non poſſe, tradunt *DD. ad l. edita C. de edend.* MENOCH. *de arbitr. jud. quæſt. l.* 2. *cent.* 2. *c.* 194. Singulare eſt in Saxonia, quod cum ibi nec libellus articulatus, nec ut uni libello ultra tria capita includantur, permittatur: Eadem tamen in libellis de ſervitiis ruſticorum tolerentur. *Ordinat. proc.* **die Laſſen auch geſchehen.**

quam contumaces condemnari non poſſe, quoniam vera contumacia dolum præſupponit, qui in ruſtico non præſumitur. MENOCH. *de arbitr. judicum quæſt. caſ.* 194. *N.* 50. *ſeqq.* Sed horum ſententiæ ſubſcribere non poſſum, niſi ſimplicitas & ignorantia ruſticorum ſit in propatulo aut probari poſſit. Porro, nec hoc locum habebit, ſi advocatis ſint inſtructi. Eſt tamen labor ruſticus inter legitima impedimenta merito referendus, qui ſæpe ita conſtitutus, ut, ſi juſto tempore intermittatur, totius anni ſpes evaneſcat.

§. XVII.

Cum itaque labores ruſtici, inprimis frugum collectio, maxime ad vitæ humanæ ſuſtentationem ſpectet, atque ita, ut ruſtici meſſi, ceu par eſt, vacare poſſint, jura ipſis, durante ea, *a* plenam a rebus judicialibus libertatem conceſſere; adeo, ut, ſi tempore feriarum æſtivarum quiſquam qui negotiis ruſticanis occupatus eſt, citetur, citatio irrita & nulla fiat. MEVIVS *p.* 2. *deciſ.* 276. ZANGERVS *de except. p.* 2. *c.* 7. *n.* 1.

§. XVIII.

a Meſſis feriæ jure Romano non ſunt determinatæ. *L.* 2. *C. de feriis & dilationibus*, qua illæ ab octavo Calendarum Julii usque ad Calendas Auguſti, & feriæ vindemiarum, a decimo Calend. Sept. usque in Idus Octobr. durare dicuntur, non eſt Theodoſii imperatoris, ſed Theodorici Gothorum regis. STRAVCH. *ad jus Juſtinian. diſp.* 23. *theſ.* 11. *In Camera ex receſſu Wormatienſi de an.* 1521. meſſium feriæ ab 8. Jul. usque ad 14. Auguſti obſervantur. Alibi autem alii obtinent termini STRYK. *ad tit. ff. de feriis & dilationibus §.* 14. Vid. CHOPPIN. *de privileg. ruſticorum lib. II. C.* 8.

§. XVIII.

Addunt etiam ruſticanorum privilegiorum catalogo, quod ruſticus coram incompetente judice litem conteſtans, deinde exceptionem adhuc fori habeat. a Hoc enim privilegium ab ignorantia & ſimplicitate eorum repetunt. Unde ſi advocatus haberi potuerit, exceptioni, ex plerorumque philoſophia vix dabitur locus.

§. XIX.

Leviores quidem probationes ſive demonſtrationes; non autem teſtimonia inter ſe pugnantia, admitti puto. Ex contrariis enim teſtimoniis veritas innoteſcere non poteſt; quæ tamen ante ſententiam, in cauſis ruſticorum, æque ac aliorum, quantum fieri poteſt, cognita eſſe debet; nec homini, qui ſibi ipſi contrariatur, tuto fides haberi poteſt. Quodſi vero contrarietas ſit tantum in rebus, negotium, de quo quæritur, primario loco non concernentibus, & ipſi teſtes ſint ruſtici, favori producentis & ſimplicitati deponentium aliquid indulgendum eſt. Sic & ruſticum, per errorem falſum dicentem teſtimonium, de falſo puniri non poſſe, refert SCACIAS *de judic. cauſ. civil. & crim. L. 2. C. 8. N.* 488.

§. XX.

Ruſtici publicato jam rotulo, ſuper eisdem, aut e dia-

a Ruſtici eccleſiæ & clericorum regulariter fori privilegio non gaudent, niſi a principe impetratum, quod tali poſſint & debeant gaudere privilegio. DECIAN. *tract. criminal. vol. 4. C. 9.*

Digitized by Google

metro contrariis articulis, novos producere poſſunt teſtes, implorato obinde nobili judicis officio. SALICETVS *ad l. 1. C. de juris & facti ignorantia.* CHOPPINVS *lib.* 3. *C.* 1. *N.* 4.

§. XXI.

Nec deſunt JCti, qui ruſtico reſtitutionem in integrum attribuunt, ſi forte, documenta & inſtrumenta ſua debito tempore ad acta ferre, neglexerit. MENOCH. *de arbitr. jud. quæſt. c.* 194. *n.* 39. 40. Alii autem nec hic, nec contra lapſum fatalium, a ſimplicitate excuſationem, aut antedictum beneficium admittunt, niſi legitimæ adſint cauſæ, quæ reſtitutionem in integrum promereantur.

§. XXII.

Temere litigantem, ruſticitas a reſtitutione expenſarum, liberare non poteſt. SCACIAS *de judic. cauſ. civil. & crimin. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 2. *p.* 10. Alia huc ſpectantia vid. *apud* MENOCHIVM *de arbitrar. jud. quæſt. lib.* 2. *cent.* 2. *C.* 194. CHOPPIN. *lib. III. de privileg. ruſticorum & B.* KRES. *de privilegiis agriculturæ.*

CAP.

CAP. VIII.

DE

IVDICIIS

RVSTICORVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Quare de judiciis ruſticorum in compend agatur. De veterum Germanorum judiciis delibatio. De aulæ Francicæ antiquæ ſupremis judiciis regis nempe, & comitis palatii. Quænam ſuperiorum in Germaniæ terris judiciorum ſit origo. De veterum comitum, grafionum, centenariorum, præfector. ſculdaſiorum & ſcabinorum judiciis. Cum miſſorum placitis noſtra juditia provincialia aliqnam habere videntur affinitatem. De miſſorum placitis. De judicio provinciali, Land-Gerichte. *De monaſteriorum & nobilium judiciis. De variis judiciis, quæ ad ruſticorum cauſas attinet, ut ſunt judicia quæ hægermannica, freidingica, voigtdingica &c. vocantur.*

§. I.

Conſtitueram, abſolutis, quæ de jure ruſticorum dicenda erant, materiam de judiciis eorum late proſequi, mediaque, quomodo ea, quæ in proceſſu inter ruſticos obſervando, adhuc emendanda ſunt, corrigi poſſent, proponere: Verum, cum huic argumento peculiare deſtinaverimus volumen, proxime edendum, de judiciorum ruſticorum, quot ſcilicet eorum hactenus in noſtram venere notitiam, objecto atque perſonis, illa conſtituentibus, breviter tantum jam agemus.

§. II.

Quomodo ſeſe vetuſtioribus temporibus in Germa-

Digitized by Google

nia habuerint judicia, eleganti diſſertatione CONRINGIUS expoſuit. In noſtratibus quædam adhuc eorum ſupereſſe veſtigia, puto. Comitiorum, quæ ſub Francis placita dicebantur, in conventu Ordinum, totam rempublicam repræſentantium, adhuc ſupereſt umbra. *a* In majorum noſtrorum conciliis, non ſolum, quæ reipublicæ ſummam reſpiciebant, ſed & judicialia negotia ponderis cujusdam, maxime, ſi principes inter ſe contenderent, aut reipublicæ moderatorem inter & populum lites exortæ *b* eſſent, tractabantur. Etenim iſtis temporibus, ſecundum reipublicæ Germanicæ indolem, an omnia ſecundum gentis jura, reipublicæque pacta fuerint geſta, examinari potuit.

§. III.

a Arbitror, vetuſtiſſimis temporibus, ſi in civis germanici caput animadverti debuerit, illud in concilio ſtatui debuiſſe. Suadent enim illud verba TACITI: *Licet apud concilium accuſare quoque, & diſcrimen capitis intendere.* Porro ad concilium hoc ſpeciem aliquam appellationis, a ſententiis eorum, qui per pagos & vicos jus dicebant, locum habuiſſe, veroſimile eſt.

b Penes populum, poteſtatem fuiſſe principum illorum, quos Germania Cæſaris & Taciti tempore habuit, dijudicandi controverſias, ut & eas, quæ ipſis cum pago, cui præſidebant, forte intercederent, reipublicæ popularis indoles, quæ in plerisque Germaniæ gentibus obtinuit, abunde teſtatur. Neque, infrequentes fuiſſe controverſias, ex eo, quod Germanica gens non fuerit aſtuta aut callida, ſequi videtur. Nam, præterquam, quod ſupra monuerim, verba illa longe alium, quam vulgo creditur, habere ſenſum, calliditatis & aſtutiæ defectus, diſcordiarum ſemina, quæ partim intra hominem, partim extra eum ſunt, tollere non poteſt. Et licet poſtea illorum, qui Teutonicas moderabantur gentes, aucta ſit paullatim poteſtas: Nihilominus penes concilium, ſumma manſit auctoritas. HOTTOMANN. *in Francogallia c.* 7. 13. 14. *gloſſar.* LINDENBROGII & CANGII *in vocab. PLACITUM.* RUINARTUS *in præfat. quam editioni operum Gregorii Turonenſis præmiſit.*

Digitized by Google

§. III.

In aula regum Francorum duo celebrabantur judicia unum ipſius regis *a* & alterum comitis palatii, quorum juriſdictio diſtinctos habebat limites. In *capitulari III. de anno DCCCXII.* §. XI. habetur; *ut epiſcopi, abbates. comites, & potentiores quique, ſi cauſam inter ſe habuerint, ac ſe pacificare noluerint, ad noſtram venire jubeantur præſentiam, neque illorum contentio alicubi finiatur, neque propter hoc pauperum & minus potentium juſtitiæ remaneant.*

a Si eccleſiaſtica pertractabatur cauſa, referendarius ſive archicapellanus, qui in aula Carolingorum cancellarii munus habebat, in conſilium vocabatur. WALFRIDVS STRABO *de rebus eccleſiaſt. cap. 31.* MALLINKROT. *de archicancellariis Imperii apud* WENCKERVM *p. 323.* HINCMARVS *de ordine & officiis palatii Cap. 16. 19. apud* QVERCETANVM *tom. 2. ſcript. Franc. 491. 492.* IOH. CHIFLETII *aula ſacra principum Belgii cap. 5. & 6.* Cancellarium & archinotarium dictum, pateſcit ex præcepto LOTHARII, *de Leutis & capella in Ambiaco de anno 855. in ſpicilegio Acheriano tom. 12. p. 115.* ubi habetur: HILDVINVS *venerabilis abbas, noſtraque aulæ archinotarius.* Negari tamen non poteſt, referendarios in aula Gallica non raro, omnia, quæ ad cancellarium deinde ſpectarunt negotia, ſub ſua habuiſſe directione. *En France il y avoit des Referendaires, qui preſentoient les requetes & chartes au Roy, pour les ſigner & ſous-ſigner de ſon chifre. Hiſtoire des Roys, Ducs, & Comtes de Bourgogne tom. I. p. 92.* Idem Autor de magno referendario inquit: *Une chronique ancienne, exprimant ſa charge, l'apelle conducteur des chartes & Royaux privileges, & porteur de l'anel du Roy. Celui eſt apris nommé Chancellier & Garde des ſcaux de France. Il tient le ſecond rang entre les officiers de la couronne, & eſt le chef de la juſtice de tout Royaume.* Referendarius aliquando ſacri palatii apocriſiarius dicebatur. Apparet hoc ex diplomate, quod du CHENE, *ex chartulario eccleſiæ St. Benigni de promtum hiſtoriæ Burgundiæ* inſeruit. Ex HINCMARO *de ordine & officiis palatii C. XVI. XIX. apud du* CHENE *tom. II. S. H. F. p. 291.* pateſcit, ejus tempore apocriſiarium a cancellario diſtinctum habuiſſe munus, *illumque omnem clerum palatii ſub cura & diſpoſitione ſua; hunc vero prudentes & intelligenter viros* rexiſſe.

Digitized by Google

Neque comes palati noſtri potantiores cauſas ſine noſtra juſſione finire præſumat, ſed tantum ad pauperum & minus potentium juſtitias faciendas, ſibi ſciat eſſe vacandum. Conjicio, ex duobus illis judiciis aliqua ex parte dicaſterium aulicum, & cancellariam, quæ in nonnullis aulis curiæ ſunt diſtinctæ, profluiſſe.

§. IV.

Ad palatii comitem, cauſæ jurisdictioni ejus ſubjacentes, a judicio comitum deferebantur. *a* Id liquet ex HINCMARO, *de ordine & officiis palatii cap.* 21. *comitis palatii*, inquit, *inter cetera pæne innumerabilia, in hoc maxime ſolicitudo erat, ut omnes legales, quæ alibi ortæ, propter æquitatis judicium, palatium aggrediebantur, juſte ac rationabiliter determinaret, ſeu perverſe judicata ad æquitatis tramitem reduceret.* Habebant ſuos ſcabinos, ſive aſſeſſores, qui ſcabini palatii vocabantur. Hinc apud monachum *S. Gallenſem* habetur: *Comitem palatii in medio Procerum ſuorum ſediſſe concionantem.* Solebantque ipſi reges

a Dicaſterium ſive judicium aulicum, aliquid ex palatini judicio trahere, puto, ad minimum in hiſce terris. Nec enim in judicio palatino regulariter cauſæ criminales ſubditorum ventilari potuiſſe videntur, nec illorum, qui provinciis præerant, lites dirimi. Sic & in ducatus Brunſvicenſis judicio aulico ventilari non poſſunt cauſæ criminales, in quas capitis, aut confiſcationis bonorum pœna ſtatuta, neque illa negotia, quæ inferiorem & ſuperiorem jurisdictionem habentium perſonas reſpiciunt, huc pertinent; videlicet, ſi præfectus, aut dominus jurisdictionalis ſub officii prætextu deliquerit. Porro cauſæ ſtatus landſaſſiorum ſubditorumque ante dicto judicio non ſubſunt. *Ordinat. judic. aulic. Guelpherbyt. tit. 2. ordin. jud. aul. Cellenſis part. 2. tit. 1. §. 2.*

ges huic adeſſe interdum judicio. *Diploma Caroli Simplicis apud* MIRAEVM *in donat. belgicis l.* 2. *b* Cognoverunt quoque palatii comites de rebus, quæ regem, regiam aut publicam utilitatem reſpiciebant. Vide CANGII *diſſert.* 14. *ad* IOINVILLAM, *&* TOLNERI *collectanea, res palatinas ſpectantia, cap.* 4. *p.* 113. Cumque placita generalia, non niſi tribus aut ſæpe duabus tantum per annum vicibus celebrarentur, ſi quid adverſus reipubl. rectorem adeſſet, moram non ferens, ad comitem palatii deferri potuit. Unde haud dubie conſuetudo illa, qua Imperator coram palatino comite conveniri poteſt, profluxit. *Aurea bulla tit.* 5. §. 3. *& ad eam de* LVDEWIG. *p.* 588. COCCEIVS *in oratione de lege Salica p.* 39. *ſeqq.* Puto tamen, palatinum in ejusmodi negotiis potius arbitri, quam judicis vices habuiſſe. Quomodocunque hoc ſeſe habeat, judicum illud a longo jam tum tempore exolevit.

§. V.

Cancellaria vicem illius judicii, cui rex ipſe præſidebat, *a* habere videtur. Omnes enim generis cauſæ dijudi-

b Ad comitis palatini æque ac regis judicium a comitum judiciis provocabatur MARCVLFVS *lib. I. C.* 26. 27. 28. CAP. *lib. V. C.* 243. *lib. III. C.* 7. Palatii comitis judicia, epiſcopis & proceribus quandoque adſidentibus fiebant, & judicata regis nomine inſcribebantur, & erat ac ſi ipſe judicaſſet.

a Regis Franciæ judicium in cauſa abbatis Benigni Divionenſis refert BIGNONIVS ad C. 25. MARCVLFI. Inſtrumentum hujus judicii, quod & Tilius rerum Gallicarum peritiſſimus vidit, habetur in *chronico divionenſi*, Caroli Labbei beneficio a Bignonio viſo. Sequentia in inſtrumento leguntur verba: CHLOTARIVS

dijudicandæ ad regem trahi potuerunt, tam civiles quam criminales, item illorum, qui provinciis præerant, negotia minora, quod & hodie in cancellariis obtinet. Et cum judicialia negotia a majeſtate principis, deinde aliena eſſe viſa ſint, vices ſuas cancellario commiſere. Spectant huc, quæ habet STEPHANVS PASQVIER *dans les recherches de la France livr. 2. chap. 4. p. 66. Laquelle (Chancellerie) fut premierement introduite pour ſubvenir aux affliges par benefice du Roi, qui s'en veut dire le Protecteur.* Hodie tamen in quamplurimis territoriis & cancellarius, ſi quis eſt, ut purpuratorum princeps reipubl. aut potius, ut ajunt, ſtatus curet negotia, alii, ut cancellariæ directori, vices ſuas permittente. Quanquam inficias ire non poſſim, ab initio cancellarios, non tam juſtitiæ adminiſtrandæ, quam inſtrumentis, chartis & præceptis regis præpoſitos fuiſſe; atque ex libellis ſupplicibus ad principem retuliſſe, unde referendarii nomen, ſecretorum participes. GREG. TVRONENS. *lib. 5. cap. 3. 42.* SIGBERTVS *ad annum 637.* AIMOINVS *lib. 4. c.*

RIVS *rex Francorum vir illuſtris, quotiescunque altercantium jurgia palatii noſtri judicia noſtrorumque fidelium ac eccleſiarum ſeu ſacerdotum, pro quarumcunque rerum negotiis noſcuntur advenire, oportet nobis in Dei nomine, juxta legum ſeveritatem, inquirere, ut deinceps nulla videatur quæſtio renovari &c.* Vid. BALVZII *Capit. tom. II. p. 910.* Epiſcopi & proceres in judicio regi adſidebant, ut annotavit Tilius, qui inde curiæ, ſeu Parlamenti originem deducit, illudque ita duraſſe, usque ad Philippi Valeſii tempora, qui ampliſſimum Pariſienſem ſenatum, a comitatu & conſiſtorio principis ſeparatum, edicto conſtituit. In Germaniæ hiſtoria exemple non deſunt, imperatores noſtros judiciis præſediſſe. Sunt in VGHELLI *Italia ſacra* diplomata, ex quibus conſtat, Richenzam, Lotharii II. conjugem, hac ſparta, mariti nomine functam eſſe.

4. *c.* 41. Niſi conjicias, ex referendariorum ordine unum aliquem annuli principis cuſtodem fuiſſe, illudque habuiſſe officium, quo hodie libellorum ſupplicum magiſtri funguntur. Olim, cum laici plerumque litterarum rudes eſſent, ex eccleſiaſticis eligebantur; quo factum, ut & ex eccleſiaſticis Germaniæ proceribus tres archicancellariorum dignitatem impetraverint, licet hodie Colonienſi & Trevirenſi nihil, quam nudum ſit reliquum nomen. Vid. MALLINCKROT *de archicancellariis Imperii, &* THVLEM. *de nomine, officio & dignitate Cancellarii in genere, apud* WENCKERVM *p.* 137. 138. *&* FRANCISCI QVERCETANI, *Andreæ filii, hiſtoriæ cancellariorum & ſigillorum Franciæ cuſtodum præfat.* aliosque hujus argumenti apud WENCKERVM. Sunt, quæ ſuadent, aliquibus in locis cancellarias recentioris eſſe inſtitituti, & olim omnes, in ſanctiori principum ſenatu, dicaſterio, aut judicio provinciali terminatas fuiſſe controverſias. Nonnulli cancellariarum originem tempori, quo territoria Germania magis ad unius pervenire cœperint, poteſtatem, adſcribunt. De origine ſuperiorum judiciorum in Germaniæ terris agit Dom. STRVBIVS in den gründlichen Unterricht von Juſtitz- und Regierungs-Sachen *ſect. I.*

§. VI.

Iudicia ſive placita, *a* quæ & malli, vel malla dicebantur.

a Per curtes & placita, Francos etiam judicia intellexiſſe, conſtat ex *Capitulari Caroli Calvi de anno* 860. *§.* 6. *Capitul. Ludovic. II. de anno* 867. *§. IX.* PITHOEI *gloſſar. apud* BALVZIVM *ad libr. Capitul. p.* 738.

cebantur, per pagos, ſeu provincias comites; *b* in pagorum autem diſtrictibus grafiones; *c* in vicis centenarii exercebant. Placitorum, quæ comites dirigebant, ſpeciem præbent judicia illa, in quibus omnia provinciæ alicujus negotia judiciaria per-

b Comites in pagis, ſive provinciis jus dicebant. Vid. TRVTMANNI *præceptum a* MAIBOMIO *primum ex tabulario Tremonienſi in vindiciis Billingianis p. 15. 16. 17. 18.* productum, & relatum a BALVZIO *tom. I. Cap. p. 250. &* LÖBERO *in disquiſitione plenaria ſtapulæ Saxonicæ n. 5.* in quo tamen præcepto ſunt, quæ ECCARDO ejus fidem ſuſpectam fecere. *Capit. 3. Caroli M. de anno 803. §. 15. apud* BALVZIVM *tit. I. p. 393. & capit. de anno 813. l. c. p. 514. additio quarta apud* BALVZ. *tom. I. p. 1220.* In Comitum aſſeſſores ſeptem plerumque ſcabini, ſeu racimburgii, vel rachinburgi, id eſt, cauſarum civitatis judices, a Racht & Burg dicti, a miſſis regiis, ad placitum populi eligebantur. *Capit. lib. 3. p. 764. lib. 4. p. 775. Capit. Caroli M. de an. 803. p. 393. tom. I. apud* BALVZIVM. CANGIVS *in gloſſ. ſub. vocab. ſcabini, racimburgii, ſchulteti.* Inter illos eminebat Schultetus, qui proximus erat a comite, ejusque vicarius. LINDENBROGIVS *in gloſſar. p. 1473. 1475.* SPELMANNVS *in gloſſar. p. 477. 501.*

c Nonnunquam in medio ævo grafio comitis erat ſynonymon. *Capit. Caroli M. de anno 798. apud* BALVZIVM *t. I. p. 316. formulæ Bignonianæ l. 8. p. 500. t. 2. apud* BALVZIVM. CANGIVS *in voce graffio.* Sæpe etiam tam late accipiebatur, ut & duces complecteretur. MABILLON. *de re diplom. p. 668.* Plerumque comite inferiorem donotabat. Vide *chartam Clodovæi III. apud* MABILL. *tom. 3. ann. ordinis St. Benedicti pag. 619.* atque paſſim in diplomatis comitibus contradiſtinguitur. Vide *Diploma Pipini apud* DOVBLET *in hiſtor. monaſterii St. Dionyſii p. 694. & Caroli M. apud eundem p. 713.* Hinc ſub comitum minorum titulo, qui fortioribus vel majoribus opponebantur, ſæpe grafiones latitare, fortaſſis non male arbitreris. Vide MAINARDVM *in notis ad concordiam regularum pag. 149.* BALVZ. *tom. I. pag. 862. & tom. 2. pag. 1211.* Præerant grafiones pagorum diſtrictibus, qui marchiæ aut pagi minores dicebantur. Vide *diploma Henrici II. de anno 1021.* quo monaſterio Gandersheimenſi donat pagos minores, qui ſiti erant in pagis majoribus Flenchi, Graën, & Rittega. Idem produnt formulæ veteres apud BIGNONIVM *cap. 7. quæ eſt in pago illo, in grafia illa &c.* IVNGE. *cap. 40.* Notandus etiam eſt

Digitized by Google

pertractantur, a tribunali, quod in aula eſt principis, diſtincta; jurisdictionis autem illius, quam habebant grafiones, eaque a præfectis, ſive amtmannis exercetur, eſt æmula. Nec centenariorum jurisdictio plane deſiit, ſed in ſchuldaſiis tam oppidanis, quam ruralibus, qui nec noſtro ævo ignoti ſunt, aliqua ſaltem ex parte conſervatur.

§. VII.

Centenariorum erant placita in diſtrictibus pagorum ſive majorum, ſive minorum, qui in vernacula lingua Zente adpellantur. *Sed, in illis nullus homo, neque ad mortem, neque ad libertatem ſuam admittendam, vel ad res reddendas, vel mancipia judicetur, ſed illa, vel in præſentia comitis, vel miſſorum noſtrorum judicentur. Capit.* 3. *Carol. M. de anno* 712. §. 1. *apud* BALVZ. *tom.* 1. *p.* 497. 769. 889. HEIDERI *deductio Lindavienſis p.* 550. Centenarios judicum munere functos, late probat CANGIVS *in gloſſar. tom.* 1. *p.* 926. *edit. Pariſiens.* Obtinuit tamen, ut per vocem Zent-Gerichte etiam criminalis jurisdictio ſit expreſſa. HEIDERI *deductio Lindavienſis p.* 580. ECCARDVS *ad titul.* 47. *legis Salicæ pag.* 88. Et judices criminales, centgrafii dicti, ita, ut cum Saxonum gografiis aliquam habuerint ſimilitudinem. *Specul. Saxon. lib.* I. *att.* 56. Sed judicare ſaltem

eſt locus, quem CANGIVS *ex tabulario conchenſis abbatiæ in Ruthenis c.* 31. affert, *qui eſt in pago Ruthenico, in graſia Cabiniacenſi, in villa, cujus vocabulum eſt Clangiaco.* Vocatur grafio judex fiſcalis. *Capitul. de an.* 630. *n.* 51. *apud* BALVZIVM *tom. I. p.* 39.

tem potuerunt, zu Haut und Haar, nicht aber zu Halß und Hand. HEIDERUS *in ded. Lindavienſ. p.* 826. Conjicio, nomini originem eſſe ex voce noſtra Germanica, ſammt, geſammt, zent, hominum multitudo in vico congregata; inde poſtea judex paganus, qui in centenarii locum ſucceſſit, Sammt- oder Zent-Richter dictus. Appellati interdum ſunt tungini, tungrafii. CANGIUS *in gloſſario tom.* 3. *p.* 1218. Vel potius Dingräfen, præfecti judiciorum in oppidis, villis, vicis, prædiis: item vicarii, nempe comitum aut graſionum. PITHAEUS *apud* FREHERUM *originum palatinarum part. I. in append. fol.* 2. quos nonnunquam in diplomatibus per vocabulum judicum, ſimpliciter poſitum, exprimi puto. Tametſi diffiteri nequeam, aliquando in chartis veteribus vicarios a centenariis diſtinctos. *Diploma. Dagoberti, Pipini & Caroli M. apud* DOUBLET *p.* 657. 697. 709.

§. VIII.

Nec varia hæc in judicia Germania noſtra ignota ſunt; archiprincipes enim & principes, variis imperantes regionibus, peculiaria in illis habere ſolent judicia.

§. IX.

De præfectorum ſive amtmannorum jurisdictione jam agere non vacat; ſpartam hanc alii reſervantes tempori. Paucis monitum volo, conſultum eſſe, certos illi & diſtinctos ponere limites, ne continuæ fere ipſos inter & nobiles

de

de jurisdictione foveantur lites, atque præfecturis nonſolum œconomiæ, ſed & juris peritos præficere. Satius tamen eſt, alii œconomiæ curam committere alii juſtitiæ. Varia ad hoc argumentum ſpectantia in *conſtitutionibus Brunſvicenſibus reperiuntur. Vide receſſ. Gandersheim. de an.* 1601. §. 5. *Guelpherbyt. de anno* 1619. §. 10. *ut & reſolut. Statibus provincial. Danneberg. Luneburg. & Hojenſibus, dat. ordinat. judicii provincial. Sleſw. Holſat. reviſ. p.* 1. *tit.* 2.

§. X.

Sero civitatibus municipalibus & oppidis jurisdictio, inprimis criminalis, eſt data. LÖBERI *diſquiſitio plenaria ſtapulæ Saxonicæ n.* 1557. Veriſimile eſt, illud in quamplurimis civitatibus factum, cum centgrafii deſicrint. HEIDERVS *in deductione Lindavienſi p.* 580. docet, in Suevia, cum centgrafiorum ſedes in liberas transmutatæ ſint civitates, ſculdaſios, qui amtmanni civitatis dicebantur, in eorum locum ſucceſſiſſe, & imperatoris jurisdictionem criminalem exercuiſſe. STVMPFII *chron. Helvet. l.* 6. *cap.* 14. *fol.* 149. Poſtea principes ad eorum exemplum & ſuis oppidis ſchulzios præfecere, qui magiſtratus oppidani caput eſſent; ſæpe etiam advocati, Voigte ſunt dicti. HEIDERI *deduct. Lindav. p.* 828. quanquam in nonnullis oppidis peculiares magiſtratus, ſub ſchulzio tamen, vogtiam curent. Certum eſt, vocabulum & jus vogtiæ valde eſſe ambiguum. MAGERVS *de advocatia armata n.* 204 WEHNERVS *in vocabulo* Voigtey. FVRMERIVS *rer. Friſiic. triad.* 1. *lib.* 1. *c.* 1. *fol.* 20. HEIDERVS *l. c. p.* 775. KNICHEN *de ſuperioritate*

ritate territorali c. IV. voigtiam in ſuperiorem, quæ principatus, aut territorii jure exercetur, & inferiorem diſtinguit, & quænam utriusque ſint partes, recenſet. Advocatiam civitatis Helmſtadienſis anno 1232. menſe Septembri proxima ante exaltationem crucis, Gerhardus abbas Werdinenſis, Ottoni duci Brunſvic in feudum contulit, cum omnibus ad eam pertinentibus. Fidem principis loco ſpoponderunt Bernhardus de Dorſtat, Aimo de Homburg, & Godfridus Advocatus de Vorsfelde. Ex parte abbatis teſtes erant Thomas præpoſitus St. Ludgeri, Bertramus prior, Gerhardus cellarius Werdinenſis, Johannes rector eccleſiæ ad St. Stephanum Helmſtadii, & alii plures. Magnus Torquatus, pro CC. marcis Brunſvicenſibus advocatiam urbis & novi fori civibus Helmſtadienſibus oppignoravit. Teſtes erant Gebhardus Baro Warebergius, Gunzelinus de Aſſeburg, & Johannes de Honlage. Hodie advocatia illa ad principem rediit.

§. XI.

Alicubi jurisdictionem aliquam paganicam exercent ſcabini die Schöpffen, atque in leviter peccantes aliquot ſolidorum mulcta animadvertunt, aut controverſias de finibus, agris, paſcuis, ſylvis, terminandi jus habent, aut poteſtas eorum ſaltem circa debitores excutiendos, eorumque bona, ſub haſta vendenda, verſatur, & dicuntur Dorff, Feld, und Landſchöpffen. BRVMMERI *diſſertatio de ſcabinis cap. ult.* In quamplurimis Bavariæ & Sueviæ pagis ejusmodi jurisdictionis ſpecies durat, ubi judex paganus de levioribus delictis

delictis e. g. Von übermehen, überzäunen, überackern cognoſcit, ſed mulctam, 72. nummos gravioris monetæ excedentem, dictare nequit. HVNDII *genealogia Bavariæ pag.* 2. *fol.* 401. ERTELII *praxis aurea obſervat.* 3. c. 1. Habent Bavari & adhuc aliud judicium ruſticum, quod Ehehafft-Gerichte vocant, de quo vid. ERTELIVM *l. c. c.* 1. *obſer.* 5. In Saxonia, Marchia, epiſcopat. Monaſterienſi ſchultetorum vigent judicia, de quibus alibi agetur.

§. XII.

Ut autem judicia aliaque *a* in provinciis recte ſe haberent *b* quater per annum ex aulæ proceribus in provincias a principe quidam, ſcrutatum, miſſi ſunt, an omnia ibi, ut par eſſet, curarentur. Celebrabantque miſſi placita *c* ſua, ad quæ epiſcopi, abbates, & comites venire debebant, & ab iis geſtorum ratio exigebatur. Neſcio, an mihi vitio verti queat, ſi dixerim, aliqualem horum ſpeciem noſtra

a Quænam miſſis in provinciis expedienda fuerint, apud CANGIVM *in voce* miſſus, recenſetur. *Quodſi invenerint comitem, epiſcopum aut abbatem, aut alium quemlibet, qui juſtitiam vel facere noluit, vel prohibuit, de ipſius rebus vivant, quamdiu in eo loco juſtitiam facere debent. lib.* 4. *C.* 66. 153.

b In Januario, Aprili, Julio, Octobri miſſorum placita celebrabantur. *Cap. lib.* 3. *art.* 812. & *lib.* 3. *Cap.* 38. LEHMANNI *chronicon. Spir. lib.* 2. *cap.* X.

c *Capitular. I. lib.* 4. *apud* BALVZIVM *tom. I. p.* 790. & *lib.* 5. *n.* 294. *p.* 883. *tom.* 2. *p.* 337. *n.* 24. Neque placita a miſſis haberi potuerunt, comitibus reipub. cauſa abſentibus, *Leg. Long. lib.* 2. *tit.* 53. §. 19. 20. Munus autem hoc, tam in itinere, quam in provinciis publicis ſubibant ſumtibus. Et, ut in porrigendis neceſſariis alimentis ſubditi morigeri eſſent, tractatoria eis a principe data, qua jubebantur provinciales, manſionaticum & metatum iis, reſque neceſſarias ad victum præſtare, idque con-

noſtra referre judicia provincialia, Landgerichte; licet ex comitum, vel grafionum placito aliquid etiam traxiſſe, non negarim. In judiciis provincialibus a commiſſariis, qui ex aula principis mittuntur, merito etiam in mores præfectorum & officii adminiſtrationem inquirendum eſſet, nec ſaltem levia ruſticorum delicta examinari, atque taxari; levidenſia enim illa, tot non merentur ſumtus, qui in novum ruſticorum vergunt onus.

§. XIII.

Variis a veteribus Germanis judicia provincialia appellata ſunt nominibus. Inter hæc ſunt judicium provinciale, quod nomen una cum placiti voce occurrit in epiſtola quedam, quæ ex XIV. ſeculo eſſe creditur, apud SCHANNAT *in Buchonia veteri p.* 328. Landgerichte in chartis apud MEICHELBECK *in hiſtor.* FRISING *tom. I. p.* 380. *tom. II. p.* 260. item *diploma Friderici II. de anno MCCXV.* in epiſcopis Patavinis apud HVND. *metropol. tom. I. p.* 253. ubi legitur: *Et ſuper generali terræ judicio, quod* Landgerichte *appellatur.* Traditio bonorum in Nordheim, Lengifeld, Stockheim, Sulzfeld etc. facta eſt *in conventu publico in villa Sundheim, coram comite & judicibus ſuis.* SCHAN-

conjectum vulgo vocabant. De conjecto in capitulis Ludovici Pii dicitur: *Volumus, ut talem conjectum miſſi noſtri accipiant, quando per miſſaticum ſuum perrexerint, hoc eſt, ut unusquisque accipiat panes 40. friskingas 2. porcellum aut agnum unum, pullos 4. ova 20. de vino ſextarios 9. de cerevisia modios 2. de annona modios. 2. Et quando prope ſunt, de illorum domibus nullum ſumant conjectum.* LEHMANNI *chronic. Spir. lib. 2. c. X.*

Digitized by Google

SCHANNAT. *in tradit. Fuldenſ. p.* 131. Dictum etiam eſt illud judicium Gothing, Geding, Landting. *a* Charta abbatiſſæ Quedlenb. Gertrudis de ao. 1141 apud KETTNERVM *p.* 276. hæc refert: *Quicquid itaque quæſtionis emerſerit inter homines, qui noſtra vel ſua etiam propria pecunia a jugo advocatiæ ſunt exemti, ad nullum præter quem ad nos vel nuntium noſtrum, quem ad hoc deputaverimus, nec ad aliquod ſeculare judicium habebant recurſum, præter illud, quod* LANTHING. *&* GOTHING. *vulgariter* appellatur. Iudicia hæc quæ in generalia & particularia fuere diviſa, cum ipſis Germaniæ rebuspublicis ſunt exorta. Videtur huc quodammodo, quod TACITVS *in Germania C. XI.* habet, ſpectare. Si apud veteres Germanos concilirm generale celebrabatur, ubi omnes qui jus comitiorum habebant, coivere rex vel princeps præſidebat. Atque in hoc concilio etiam juſtitiæ cauſas eſſe pertractatas, ex ſequentibus TACITI verbis liquet: *Licet apud concilium accuſare quoque, & diſcrimen capitis intendere.* In diſtrictibus autem, ſub ſatraparum, ſive ducum moderamine, cauſæ civiles & delicta minoris momenti judiciali ſubjecta fuere examini; ita tamen, ut, quæ hic pertractabantur, ſæpe ad populi arbitrium relata fuerint. Add. MALMESBVR. *lib. II. c.* 9. Poſtquam mutato reipublicæ noſtro ſtatu Germaniæ ſub unius perveniret poteſtatem, judiciis provincialibus particularibus landgrafii præeſſe cæpe-

a In jure provincinli a SHANNATO in der Sammlunge alter Hiſtorien und *Document. part. I. p.* 296. 225. legitur. Vor achzehn Wochen ſoll ein igleich Furſt, und igleich Herr der Gerichte von dem Kunig hat, ſein Landtraiding haben. Vid. plura *l. c. & N.* 226. *p.* 297. Add. Dom. GRVPE *obſ. II. de jud. provinc. & P.* LEISER. *de Lantinc.*

cæperunt. Vid. HUNDII Baierſcher Stamm-Baum. Ita tamen, ut plerumque ducis, ſi provinciæ aliquis præerat, ſubfuerint imperio. Judicio generali, in quibus procerum inprimis decidebantur lites, aut rex aut miſſi ejus præerant. SCHANNAT. *in Buchonia veteri p.* 328. 329.

§. XIV.

Ante ducentos fere annos, aliam, ac hodie, judicia provincialia *a* habuerunt faciem. HEIDERUS *p.* 207. 580. Duo ſaltem in plerisque Germaniæ territoriis judicia fuiſſe ſuperiora, perhibent, dicaſterium aulicum a principe & Ordinibus conſtitutum, & provinciale. In priori landſaſſiorum & civium cauſas, mediante proceſſu ordinario, in poſteriori vero amtſaſſiorum & ruſticorum lites ſummarie pertractatæ dicuntur; partes in hoc judicio, habebant principis commiſſarii & ſcabini provinciales ex ruſticis lecti. Majorem veterum illorum judiciorum provincialium ſpeciem præbent judicia Sleſvico-Holſatica provincialia, ubi cauſæ de ſimplici & plano pertractantur. *Ordinat. judic. Provinc. Holſatic. reviſa parte* 2. *tit.* 1. *ſeqq.* Judicia provincialia

a Cum permulta, quæ olim in judiciis provincialibus pertractabantur ad præfecturas ſunt delata, hodie iis nihil propemodum ſubjectum, præter damna ab hominibus aut pecoribus in campis data; item rixæ, injuriæ, & pugnæ, quæ in cauponis, & campis accidere, nec non cauponum & molitorum negotia, imo omnia punienda, quæ ad præfecturam non ſunt delata, & quorum pœna usque ad judicium provinciale differri poteſt. Talia delicta, quorumvis pagorum magiſtris, Bauermeiſter, cauponibus, & lictoribus Pfänder, ſub fide juramenti, quod hanc ob rem præſtiterunt, denuntiare incumbit. Quod ſi juramento ſuo non ſatisfaciant, convenienti in eos animadvertitur pœna. *Corp. conſtit. elect. Brunſvicenſ. part. IV. C.* 5. 8.

Digitized by Google

cialia *ex ordinatione dicaſterii Guelphici tit.* 81. Duabus ad minimum vicibus per annum celebrari debent: Verum moribus obtinet, ut, non niſi una vice quotannis habeantur, quod in ducatu Cellenſi lege ſancitum. *Reſolut. nobilib. Danneberg dat.* §. *XI.* Vid. *& ordinat. polit. epiſcop. Hildeſ. Maximil. Henrici* §. 18. Comparere in iis debent omnes, qui ſunt in præfecturæ, ubi judicium inſtituitur, territorio, legitime ſcilicet citati, qui non habent exceptionem fori, etiam nobilium ſubditi. In ducatu Cellenſi & alibi etiam obtinet, ut quatuordecim dies ante ex ſuggeſtu publicetur. Nobilium ſubditi, in quos dominis ſuis nonniſi jurisdictio infima die Pfahl- und Binnen-Gerichte competit, immediate a præfecto; alii autem, in quos jurisdictionem altam & baſſam, vel hanc ſaltem integre habent, per ſubſidiales literas ſunt citandi. Quæ ſubſidialis citatio etiam requiritur, quomodocunque etiam nobilium jurisdictio ſe habeat, ſi citandi in prædiis eorum commorentur, auf ihren adelichen Sitzen, Vorwercken, und Schäffereyen. *Reſolut. nobilibus Danneberg. data* §. *XII.* Cauſæ in illa judicia deferuntur minoris momenti, ut delicta leviora, injuriæ reales & verbales, ſtupra, *b* imo omnia, quæ ordinationibus provincialibus & politicis adverſantur. Vid. *ordinat. Dicaſterii Guelpherbytani tit.* 81. Ex quo conſtat, noſtra judicia provincialia, cum illis judiciis, quæ Rüge-Gerichte dicuntur, coincidere. *Ordi-*

b In terris Brunſvic. ex princip. conſtit. & conventione de an. 1735. delictor. carnis mulcta Huren-Brache, illi judicii, ſub cujus jurisdictio partus illegitimus naſcitur, ſolvi debent. *Corp. conſtit. elect. part. II. p.* 779.

(Gæbel de Jure Ruſtic.)

Ordinat. provinc. palatina c. 12. *Wurtenbergica fol.* 232. *ſeqq. Ordinatio judicialis præfecturæ Giebchenſteinenſis* §. 3. In Suevia & Franconia ejusmodi generis judicia a nobilibus quoque haberi ſolent. WEHNER *in vocabulo* Rügen. KNIPSCHILD *de nobilitate lib.* 3. *cap.* 2. *p.* 25. Imo in nonnullis Bavariæ locis ſoli ruſtici ſunt, qui in ejusmodi judiciis cauſas cognoſcunt, ſententiamque ferunt. ERTEL *in praxi aurea C.* 1. *obſervat.* 5.

§. XV.

Præter jam enarrata judicia monaſteriis *a* & nobilibus in homines ſuos proprios jurisdictio competebat, *b* quam deinde in ruſticos, eorum locum occupantes, & emphy-

a Monaſteria, ratione originis & inſtitutionis, nullam jurisdictionem habebant. HEIDERVS *in deduct. Lindav. p.* 35, 353. Poſtea vero, cum variis bonis & mancipiis, imo integris ſæpe diſtrictibus donarentur, ex principum aliorumque liberalitate, eis aliqua jurisdictionis ſpecies eſt permiſſa, quæ deinde conniventia, aut expreſſa conceſſione dominorum territorialium majores ſæpe ſumſit vires. Sed, ne a munere ſuo ſeculi cura diſtraherentur, a principibus eis advocati, ſive defenſores dati ſunt, aut ab illis electi, qui ſimul rei œconomicæ & judiciis præeſſent. CONRING. *de judiciis reip. Germanicæ c.* 35. PAVLINI *de advocatis monaſticis* §. 1. 13. *ſeqq.* MAGERVS *de advocat. armat.* paſſim. Aliquando autem illi, qui monaſteria exſtruxere, ſibi advocatiæ jus ſtipulati ſunt: A quamplurimis autem monaſteriis advocatis, aut potius eorum poteſtati antiquæ valedictum.

b Jurisdictio hæc, quæ nobilibus in homines ſuos proprios, aut qui eorum loco ſunt, jure proprio competit, in Germania regulariter facultatem, eos modice coërcendi, pignorandi & in carcerem agendi, non excedit. *Spec. Saxon. lib. I. art.* 54. Der Herr mag wohl ſelbſt pfänden auf ſeinem Guth um ſein Zins und Geld, daß man ihm davon gelobet hat, ohne des Richters Uhrlaub. MEVIVS *p.* 5. *deciſ.* 38. *n.* 3. *Oſnabrugenſis* Eigenthums-Ordnung *de anno*

phyteutas retinuerunt. Hujus jurisdictionis, quam infimam vocant, exercitium dicitur Bauren-Gerichte, Bauding, Hüber-Gerichte. *c* Apud Holſatos Ding und Recht. *d* In

Ss 2 comi-

anno 1594. §. ſo ſoll auch. Puto inde fluxiſſe jurisdictionem, quæ vocatur die Pfahl-Zaun- und Binnen-Gerichte, minus adhuc jurisdictione baſſa involventem. *Vide reſolut. Statibus provinc. Luneb. datam de anno 1686.* Nomen habet, quia nobilibus hac jurisdictione gaudentibus liberum eſt, mittelſt Anſchlieſſunge an einem Pfahl, oder der Gefängniß, oder ſonſt auf eine mäßige Weiſe zu ſtraffen; Zaun-Gerichte autem dicuntur, weil ſie ſo weit gehen, als ihre Zäune, Graben, Plancken. Quid complectantur & quomodo a mero & mixto imperio differant, vid. *in roſolut. nobilibus Dannebergicis & Ordinibus provincial. Luneburg. dat.* Solet & nobilibus, licet nulla plane jurisdictione gaudeant, ſervos ſuos intra pomœria ſua, contra leges civiles impingentes, corrigendi facultas concedi. *Vid. reſolut. Ordinib. Luneburg. & Hoyen. dat.* In comitatu Hoyenſi olim peculiare nobilium duravit judicium, das Knapen-Gerichte, dictum, von welchem ſie die Blutrenne und Ferichts-Brüche zu genieſſen gehabt. *Reſolut. ſtat. provinc. Hoyen. an. 1697. dat. circa initium.* PVFFENDORF *introduct. in proceſſ. civil. part. I. C. X. §. 27.* In terris Bremenſibus & Verdenſibus nobilium eſt judicium, quod vocatur das Holtz-Gerichte. Conf. PVFFENDORF. *loc. cit. §. XXX.* Cæterum nobilium prædiis ſæpe, ut patrimonium, jurisdictio tam alta, quam baſſa adhæret. An autem hoc ex Bavaria ad nos delatum, aut pedetentim in provinciis Germaniæ obtinuerit, in incerto eſt. Id certum, in terris electoralibus Brunſvic. merum imperium, quod altam jurisdict. nominant, non datum habere, licet omnimoda ſit conceſſa jurisdictio.

c KNICHEN *de jure territoriali c. IV. in fine*, hanc tertiam Vogtiæ ſpeciem vocat. Vid. ERTEL. *in praxi aurea*, von der Nieder-Gerichtsbahrkeit, Eelgerichte, Vogteylichen Obrigkeit, und Hoffmarck-Gerichte. Eſt autem hæc jurisdictio colonaria & prædiaria; in rem enim potius, quam in perſonam, concepta videtur obligatio; ſiquidem clientes & coloni liberantur nexu & obſequio, ſi fundo decedunt. CHOPPINVS *de leg. And. lib. 1. c. 1. n. 2.* HEIDERI *deductio Lindavienſis pag. 857.*

d Quamvis judicium hoc, in Holſatia uſitátum, ultra illud, quod eſt in jurisdictione colonaria, aliquid complecti videatur: Cum tamen, quoad originem & fundamentum cum ea coincidat, convenientiori loco ponere non pòtuimus. Judices autem ruſtici hic ſunt ſub nobilis, aut qui ejus vices gerit, præſidio. Plura vide apud FVCHSIVM *introduct. ad proc. Holſat. lib. 1. c. 13. §. 2. ſeqq.*

Digitized by Google

comitatu Ravensbergico, & principatu Juliacenſi, Hals-Gedinge und Laten-Bäncke vocatur. *e*

§. XVI.

In territorio Brunſvicenſi & Lüneburgenſi, quod olim epiſcopatum quoque Hildeſienſem complectebatur, judicia ruricolas attinentia, varia occurrunt; ex quorum numero ſunt, das Hever, Heper, Huber und Häger-Gerichte. *a* Eſt autem illud judicium colonarium vel ruſticum,

e De Judiciis ruſticis in ducat. Montenſi & Juliacenſi, exſtat *ordinatio Juliacenſis de an. 1558.* von den Hoffs-Gedingen und Laet-Bäncken. In comitatu Ravensbergico talia judicia ſub nomine Hagedinge, Hachtinge veniunt, in quibus ruſticorum controverſiæ ſuper ſucceſſionibus, aliisque cauſis ruſticanis de ſimplici & plano a ruſticorum magiſtris, Hagenmeiſters, adſtantibus aliis ruricolis, in præſentia præfecti pagi, deciduntur. MEINDERS *de judiciis centenariis p. 186.* Vid. quoque GRYPHIANDER *de Weichb. c. 64.*

a Dictio: Heber-Gerichte, idem eſt, quam Hübner- oder Hüber-Hueb-Hoffner-Gerichte. Judicium de hubis vel manſis circa id, quod emphyteutis & colonis incumbit, potiſſimum occupatum eſt. HUNDIUS *in metropoli Salisburgenſi tom. 1. fol. 444.* Eſt enim huſſa, vel huba Longobardis Guiffa, unde deinde Hoff, prædium vel agri tantum, unde colonus ſe ſuſtentet cum familia. BROWERI *antiquitates Fuldenſes C. XVI. pag. 260.* Vid. SPELMANN. & CANGIUS *in voc. manſus.* Quod autem ad vocem Häger attinet, videtur origo ejus, adſcribenda ſepibus illis vivis, Hagen, quibus adhuc in Germania prædia ruſtica circumcingi, atque contra pecorum impetum, & aliqualem etiam hominum vim firmari ſolent; quod in vernacula noſtra dicitur hägen, unde deinde, Hagen, profluxit, quaſi per quam aliquid conſervatur. Ex quo etiam factum, ut integri vici, ſepibus obturati, nomen Hagen aſſumſerint. Itaque Häger nihil aliud ſunt, quam qui poſt, vel intra ſepes & dumeta latitant, i. e. ruſtici. BESOLDO dicuntur Häcker, a voce Germaniæ ſuperioris Häcke, quæ ex Saxonica, Hagen profluxit. Atque ſic Häger-Gerichte, nihil aliud ſunt, quam judicia ruſtica. Vocantur etiam Dinckwerck-Gerichte. WEHNER in

cum, in quo, præſide abbatiæ capite, *b* adjunctis aliquando conventus deputatis, aut ſi nobilium ſunt judicia, illo, quem Häger-Junckern, oder Häger-Herrn vocant, ſub auſpiciis domini territorialis *c* controverſiæ de bonis hæ-

in voc. Fuldiſch-Lehn. Tralatitium eſt, a veteribus judicia per vocabulum Ding, vel Geding eſſe expreſſa. WEHNER. *in voce* Ding, *ut &* Meyerdings-Gerichte, Bau-Gericht, Hoff-Spraecke, Mertzen-Gerichte, quia in illo menſe aliquibus in locis convocantur; & quatenus a monaſteriis exercentur, Hirten-Stab dicuntur. BESOLDVS *in theſauro practico in hac voce.* HEIDERVS *in deductione Lindavienſi p. 276.*

b Habemus talia judicia in territoriis Brunſvicenſibus: Potiſſimum illa exercent abbatiæ Gandersheimenſis, & Amelunxbornenſis, ut & nobiles in tractu ad Viſurgim. *In conſtitutione* ANTONII VIRICI *de anno* 1711. recenſentur, Johann Adolph Freyherr von Metternich, Jobſt Heine von Haimburg, Heinrich Lebrecht von Grone) Georg von der Wenſe, die Wittwe von Schlägel, gebohrne von Oehnhauſen, Johann Friedrich von Münchhauſen, und Chriſtoph Diedrich Haacke; atque iis judicia Hagermannica ſecundum *receſſum de anno 1529.* confirmantur. Gandersheimenſe hoc judicium colonarium primordia ſua debet vico libero, dem freyen Hever-Hagen, qui olim ex octodecim conſtabat viris, jura quædam ruſtica inter ſe ſervantibus, quique in delicta leviora mulcta quadam animadvertere potuerunt; quodſi punitus mulctam ſolvere tergiverſaretur, ad abbatiam Gandersheimenſem, principali dignitate illuſtrem, cauſa deferebatur, & tunc duplicem contumax incurrebat mulctam; &, ſi hujus dicto morem gerere nollet, præfecturæ Gandersheimenſis auxilia implorabant; quo facto, triplex a reo exigebatur mulcta. Ex quo autem pagus ille in bello Hildeſienſi dirutus & poſtea deſertus, jugera illa præter antiquorum dominorum hæredes, & alios nacta dominos, Brunſvicenſes terras, epiſcopatumque Hildeſienſem inhabitantes, qui abbatiæ Gandersheimenſi hubariorum, vel hujus generis emphyteutarum nexu ſunt obſtricti. Judicium tale abbatiæ Amelungsbornenſis in dubium vocari cœpit, fortaſſis ab hominibus, Germaniæ morum & juris patrii non æque peritis: Verum hæc juriſdictio monaſterii, per *receſſum de anno 1543.* ſtabilita, & *per conſtit. Anton. Ulrici de ann. 1713.* ad illum effectum, ut monaſterio privative competeret, confirmata eſt; atque nonſolum *an. 1700. ſed & ann. 1715. ſub præſidio* BEHMII, ante dicti Amelungsbornenſis monaſterii tunc abbatis, habitum eſt.

c Ex iis, quæ jam ſupra allata ſunt, con-

hægermannicis, aut de obligatione ex iis propullulante exortæ, ope judicis & aſſeſſorum, ſecundum ſtatuta & conſuetudines hægermannicas, brevi manu terminantur. Huc etiam ſpectant das Saltzwieſen-Gerichte, Probſting-Freyding- oder Freyen-Gerichte, Voigtding-Meyerding, Witz-Mühlen-Gerichte Laten-Gerichte. Non poſſum tamen negare, inter hæc judicia inſignem eſſe convenientiam; prope dixerim, quædam eorum, ad minimum quoad eſſentiam, a ſe invicem non differre.

§. XVII.

Vocantur ad hoc judicium omnes, qui hujus generis bona emphyteutica, Häger-Güter, (quæ in Suevia etiam Cornelien-Güter vocantur) poſſident, ſive in territorio illo, in quo habitant, ſive extra illud commorentur. Habet autem Gandeſienſis abbatia ejusmodi colonos nonſolum in electoratu & ducatu Brunſvicenſi, ſed & in epiſcopatus Hildeſienſis

conſtat, monaſteriis & nobilibus in homines ſuos proprios & frilaſſos, in cauſis civilibus & levioribus delictis, jurisdictionem aliquam competiſſe: Criminalia autem & res majoris momenti ad magiſtratus ſpectaſſe, Hirtenſtädiſche Sachen und kleine Frevel, als gemeine Schelt-Worte und truckene Streiche, ſo auf berührten Gütern und nicht auſſerhalb ſelbigen ſich zugetragen. HEIDERVS *loc. cit. pag. 841.* Judicia hubaria Gandersheimenſia, & Amelungsbornenſia ſub Auguſti ducis noſtri auſpiciis & auctoritate celebrantur. Illud enim non ſolum ex Gandeſienſi, ſed & Amelungsbornenſi formula liquet; quamvis in formula judicii hubarii, auctoritate Dom. de Haimburg convocati, principis territorialis nulla fiat mentio, ſed ſaltim quærenti judici, an licitum ſit judicium ruſticum (Häger-Gerichte) habere, reſpondeatur: Wenn er von GOTT die Gnade, und von Sr. Hochwohlgeb. dem Herrn von Haimburg Macht und Gewalt habe ꝛc.

ſienſis præfecturis Steuerwalde und Steinbrügge. abbatiæ Amelungsbornenſis *a* tales etiam ſunt emphyteutæ, qui in Suevia dicuntur Hoverding=, Hofleute, ſæpe etiam Hof=Heüer, niſi illa vox opponatur den Stuhlgenoſſen, ubi vox illa idem eſt, quam dominus proprietatis. Quæ in hoc judicio ventilari poſſunt, in *formula Amelungsbornenſi in reſponſione ad quæſt.* 10. ſequentem in modum exprimuntur: den gewöhnlichen Dienſt, Erben=Zinß, Köhr, (jus mortuarium) auch von den Ahrthafften den Zehenden, auch Gebot und Verbot, Arreſt und Kummer. In *Gandersheimenſi vero reſponſione ad quæſt.* 1. habetur, abbatiſſæ jus competere: Bey dieſem Gerichte zu erkennen über Erbe, Pfand und Kauffe,

a Inter ducatus Brunſvicenſis præfecturam Wickenſen & monaſterium Amelungsborn de hubariis eorumque bonis lites exortæ ſunt. *Ab Henrico Julio in receſſu ſupra memorato* decretum, ut monaſterio liberum ſit, colonarios illos, etiam non requiſito præfecto, per miniſtrum, qui Häger=Voigt, aut etiam corrupte Hüner=Faut vocatur, citare. Alias præfecti in ſubſidium juris rogari ſolent, ut citationes edictales, ad hægermannos directas, ante conclave, quod Amt=Stube vocatur, affigi curent. Hoc in ſuperiori Germania aliter ſe habere videtur. HEIDERI *deductio Lindavienſis p.* 275. 276. Nec exempla in Suevia ſuperiori deeſſe, pateſcit non ſolum ex *conſuetudinibus veteribus curtis colonariæ, quæ eſt* WEILERAE *fol.* 5. ſed & documentum hoc facere cenſetur, quod *abbatiſſa Buchovienſis an.* 1640. *commiſſioni cæſareæ* exhibuit, *in quo habetur:* Daß ihre Stiffts=leibeigene Leute mehrentheils unter fremde Herrſchafften und Obrigkeiten geſeſſen, denſelben mit aller Jurisdiction zugethan, ihro aber nichts deſto weniger mit Fällen, Geläſſen und anderer Leibeigenſchafft Rechten obligiret, und ſo der Cornelier=Güter halber ſich Streit eräuget, dero gerichtbahr unterworffen ſeyn; *quod ex reverſalibus de anno* 1471. in camera productis, quæ habentur apud MEISCHNERVM *deciſ.* 2. *fol.* 250. magis corroboratur. Vide plura apud HEIDERVM *loc. cit. p.* 846. Qui contumax, nec cauſas ſeſe excuſandi legitimas afferre noverit, in mulctam, hubario judicio ſolvendam, condemnatur.

Kauffe, Abtritt und Anſätze, auch thun ſie den Auftrag des Hever-Landes, als eine tradition, ſo viel ihr Eigenthum auf dem Hever-Hagen erſtrecket, und in dieſes Gerichte gehöret. Imgleichen hat ſie den Erben-Zinß, von jeglichem Morgen 4. pf. auf dieſen Tag (nempe in die, quo judicium celebratur) zu heben: ferner durch das gantze Jahr mit dem Erben zu wrögen und zu ſtraffen, was Schade und Unheil auf dem freyen Heber geſchiehet, auſſer hohe Gerichte und Landſachen, die gehören an gnädigſte Herrſchafft.

§. XVIII.

Debet autem citatio *a* aliquot dies ante tempus judicii, quod uno aut ſecundo anno præterlapſo celebrari ſolet, fieri. Ex moribus, qui in monaſterio Amelungsbornenſi obſervantur, decem dies requiruntur. Et tenentur, quatuor aut ſex dies ante judicium cœptum hubarii numerum agrorum & pratorum emphyteuticorum exhibere. Ex quo autem tunc judicii dies præfixus illuxerit, nempe dies lunæ poſt dominic. Quaſimodogeniti, Gandersheimii in abbatiæ magno conclavi, quod Salam vel Muſthauß vocant, conve-

a Si Weſterbrackenſe hægericum judicium in curia Weſterbrackcenſi, a dominis de Gronau celebrandum, haberi debet citationes edictales ſubſidiariæ ad Wickenenſem præfectum, & alia adhuc duo judicia mitti debent. Junguntur preces, ut ſubſidiales iſtæ citationes ante conclave, quod vocant Amt-Stube affigantur, & ex eccleſiaſtica pronuncientur cathedra. Nonnunquam ex aliis judiciis, eorum, quibus ſubſunt, conſenſu, in judicii hægerici uſus advocantur ſcabini, & præfecti vicini, ſub cujus juriſdictione hægermanni ſunt, ut deputatum aliquem ad hocce mittant judicium rogantur, Martii menſe celebrari ſolet. Quæ hujus argumenti addi poſſent, alii reſervamus tempori.

Digitized by Google

conveniunt, atque abbatiſſa ipſa, cum uno, aut duobus ex capitulo deputatis judicio præſidet, & ex abbatiſſæ latere pendet ipſius aulæ magiſter, & ſecretarius feudalis. In abbatia Amelungsbornenſi hoc nunc itidem abbas, & aliqui ex conventu ſuſcipiunt, celebraturque judicium hoc in ædibus, vel potius curte aliqua, quæ vocatur der Stockhäuſer Hoff, in oppido, quod olim fuit vicus, vel villa in comitatu Homburgenſi, unde ipſi nomen Stadt alt ein Dorff. Habebant enim monaſteria in villis Kellenhöffe, id eſt, curias colonarias. GOLDASTVS *in paranæt. Germ. fol.* 440. WEHNERVS *in voce* Kellenhoff, ad quas cenſus redituſque dabantur, ad monaſteria perferenda. Hæ interdum feudi titulo, aut emphyteutico jure, honeſtioris etiam conditionis conferebantur, in quibus ſæpe jus habendi colonaria judicia, ſibi reſervabant.

§. XIX.

Hubaria judicia, quæ auctoritate & juſſu ſeniorum, der Häger-Junckern, qui in ſuperiori Germania Hoff-Junger, Meyer-Herren vocantur, celebrantur ſæpe ſub dio, more majoribus conſueto. HEIDERVS *in deductione Lindavienſi p.* 845. quod & forte antiquioribus temporibus ubique obtinuit. Primus actus, qui in judicio tali ſuſcipitur, eſt judicis (des Hägerſchen Richters, Gerichts-Gräffen) electio; qui Gandersheimii ex ſenatu oppidano, aut civibus ante cœptum judicium eligitur, eique in judicio ſcriba, ut, quæ in eo geruntur, in tabulas redigat, adjungitur. Amelungsbornæ judicis munere nuper ille, qui

a principe monaſterii œconomiam conduxit, functus eſt. Poſtea ex Hagermannis eliguntur aſſeſſores, quorum numero ſunt Gandersheimii cives, quos ſenium & prudentia commendat, ut & ruſtici ex vicinis pagis. Monaſterium Amelungsbornenſe præter cives Stadtaltendorfenſes & ruſticos, etiam priorem, conventus & œconomiæ Amelungsbornenſis præfectum, duos fratres nobiles de Campen aſſeſſores habuit.

§. XX.

Circa aſſeſſorum numerum varii obſervantur ritus: Plerumque duodecim adhibentur ad morem majorum, qui judici duodecim ſcabinos adjungere ſolebant. *In litteris Prælati Ysnenſis in dynaſtia Tranchburgenſi de an.* 1640 habetur: Darnach, ſo beſetze man das Gerichte mit zwölff Richtern und Amtmann. Gandeſii ſex e civibus, reliqui autem ex agreſtibus leguntur. In judicio colonario, quod juſſu & auctoritate domini de Haimburg, dicaſterii Guelpherbytani quondam præſidis, habitum eſt, itidem duodecim fuerunt adhibiti hægermanni, in pari numero, ex tribus judiciis aſſumendi, &, ut peregrini adſint, ab eis, quorum juſſui ſubſunt (fremde Häger-Junckern) imperari debet. In Amelungsbornenſi judicio colonario, præter ſupra dictos Aſſeſſores, tam ex oppidanis Stadtaltendorfenſibus, quam ex ruſticis æquali numero, ſex ſcabini & arbitrii (Frey-Schöppen oder Rechts-Leute) lecti ſunt. Olim autem minorem etiam adhibitum fuiſſe numerum, conſtat. Ex his deinde duo ſecernuntur, qui vocantur Urthel-Träger, quorum offi-

Digitized by Google

officium in eo conſiſtit, ut quæ juſta putat judex, & legibus convenientia, cum hægermannis communicent, atque ad ipſum horum reſponſionem deferant. Hi itaque hægermanni, tanquam pares curiæ, ad dujudicandas cauſas concurrunt. Vid. WEHNER. *in voc.* Fuldiſch Lehn, & HEID. *l. c. p.* 845.

§. XXI.

Igitur in hiſce judiciis exceptionem patitur veterum illud, quod judex eſſe non poſſit ruſticus. *Specul. Suev. lib.* 1. *cap.* 72. *& lib.* 2. *c.* 13. §. 2. quoniam judices & ſcabini requirebantur nobiles, id eſt, ingenui, qui ingenuitatem ſuam ad quartum gradum docere potuerunt. *Spec. Saxon. lib.* 3. *art.* 39. Duo etiam eliguntur procuratores, quorum alter illius, cujus nomine & auctoritate judicium habetur (des Hägerſchen Junckern) deſideria, alter vero ea, quæ hagermanni aliique expetunt, proponit. Gandersheimii duo ſunt lecti, unus ab oppidanis, alter a ruſticis. In judicio Amelungsbornæ neminem invenio, niſi procuratorem a monaſterio conſtitutum. Inter alia autem procuratoris, a capite judicii ordinati munia eſt, ut nomina hagermannorum recitet, abſentes annotet, & juxta morem veterem judicium hubarium aperiat, (einwerbe.) In Suevia ſub initium hujusmodi judicii articuli, ea, quæ hubariis incumbunt, continentes, prælegunttur. HEIDERVS *in deduct. Lindav. p.* 846.

§. XXII.

Actus judicandi fit per quæſtiones, reſponſiones & pronun-

nunciationes, ſive ſententias, ex ritu veterum Germanorum, qui breviſſime hoc modo judicialia abſolvebant negotia. Vide LEHMANNUM *in chron. Spirenſi lib.* 4. *c.* 21. CONRINGIUM *de judiciis reipubl. Germanicæ* §. 98. Et quæ contra hagermannos pronunciata ſunt, per officialem illum, quem Voigt appellant, ſive etiam per alium judicii juſſu ab iis exigi poſſunt; &, ſi illi contumaces, præfecti ope, ut ſententiæ morem gerant, ſunt adigendi, atque per illum etiam realis & actualis immiſſio fieri debet. *Conſtitutio Henr. Jul. de an.* 1593. Olim nulla in talibus judiciis appellatio locum habuiſſe videtur, quoniam non jure magiſtratus inferioris, ita, ut ab illis ad ſuperiorem cauſa ob gravamina deferri potuerit, ſed jure proprio utebantur. Potuit tamen princeps haud dubie, ſi quis contra jus faſque jure ſuo abuteretur, vi ſuperioritatis territorialis, in ea, quæ contra leges & dictamina rationis patrabantur, inquirere, aut proprio motu, aut ad preces eorum, qui læſi erant. Hodie in noſtris terris nullus ambigendi ſupereſt locus, a ſententia, in hubario judicio lata, appellari poſſe. Illud enim non ſolum *ex conſtit. Henrici Julii & Antonii Ulrici, judicium colonarium Amelungsbornenſe concernentibus, ſed ex formula Ganderheimenſi* conſtat, oder ſo bald an den gnädigſten Landesfürſten, S. F. G. Cantzeley, oder Hoff-Gerichte in rechter Zeit appelliren.

§. XXIII.

Etſi judicium, quod Saltzwieſen-Gerichte vocatur, haud dubie a loco, in quo habitum, nomen ducens, cum judicio

judicio Hagermannorum in aliquibus coincidat, cum utrumque ſit judicium conventionale: Attamen ab eo differre dicunt, quod in judiciis ad pratum ſalis, abbatiſſæ jus exigendi canonem emphyteuticum non competat, ſed illud æque, ac jurisdictionem altam & baſſam unice penes præfecturam eſſe; deinde jugera, huic judicio obnoxia paucis exceptis, oneribus publicis ſubeſſe; hinc, ſi quid ex illis agris valide alienari, aut ad hæredes tranſire debeat, præfecturæ cognitione & confirmatione opus eſſe. Hæc ſunt quæ a præfectura Gandersheimenſi afferuntur.

§. XXIV.

Præpoſitura Olsburgenſis a duobus præpoſitis, eccleſiaſtico altero, altero laico regitur. Præpoſitura laica Brunſvicenſe feudum eſt; eccleſiaſtica jure hereditario competit. Exercet & illa judicium colonarium ſupra ptobſtingmannos, ſibi obſequio & vinculo arctiori obnoxios, in cujus teſtimonium mortuarium, Baulebunge, gallina illa, quæ Halß-Huhn vocatur, exhiberi debet, quam & illos præſtare teneri, qui ex probſtingmannis nati, mediante matrimonio, in aliud prædium, non probſtingicum ſe conferunt, nec eos fieri præfecturæ homines proprios, Halßeigene, præpoſitura contendit: Aſt lites ei obinde a præfectura moventur; nec puto, illi jus in theſi deeſſe, cum huic jurisdictio non tam perſonalis quam realis ſit. Quid in hypotheſi obtineat, alibi inveſtigabitur. Ceterum multa libertate gaudent. Poſſunt enim pro lubitu, ut eorum fert animus, diſcedere, &, ſi

